Non tamen in canticum dissolu ta nec plasmate: ut nūc a pleriſque fit: effœminata. Plasma dicit potio ex dulcioribus quibusdam rebus composita ad commēdandam uocē maxime accōmodata. de qua & Persius liquido cum plasmate gutur Mobile colluerit. Nequaq̄ autē psalmate. hoc est cantico. legēdum est ut quidam putāt. Cū præsertim in uetusto quoque exemplari plasmate legatur. Elegia uero utiq; quæ amat & hendecasyllaba & q̄bus sunt commota sotadeorū. Nā de sotadeis ne præcipiendum quidē est: admoneantur si fieri potest. si minus certe ad firmius ætatis robur reseruentur. Admoneant quidem in pleriſque legitur exemplaribus. Sed nisi d littera expuncta & n liquida in u conuersa amoueantur legamus: nec sensus integer nec oratio grammatica uidebitur. huic autem lectioni uetustū quoque exemplar accedit. Commata sotadeorum cæsuræ uocantur: quibus frequentissimis utuntur. Quale illud philelphi in pium pontificem Laus tua. non tua fraus. uirtus. non copia rerum Scandere te fecit hoc decus eximium. Prior nāque uersus quatuor commatis est distinctus. Sotadica autem carmina a Sotade quodam Cretēsi sunt appellata: qui in cinædi cuiusdam & ancillæ: quæ a cinædo alebatur amorem incidit: de quibus carmina maxime lasciua scripsit quæ cōuerso quoque ordine legerentur. Est enim proprie trochaicum retrogradum: q̄q̄ ex Ionico atque dactylitico fieri potest. De huius carminis lasciuia meminit etiam Martialis cum inquit. Nec retro lego Sotaden cinædum. Comœdia quæ plurimum ad eloquentiam conferre potest. Pro comœdia legendum esse comœdiæ cuique facile apparet. Quanq̄ pleriq; plus ingenio q̄ arte ualuerunt. Sic Ouidius de Ennio. Ennius ingenio maximus. arte rudis. Et quidam uelut aciſmos inueniri potest. Atticismos legēdum esse nemo dubitat. est autem atticismos quædam peculiaris attici sermonis elegantia.

Plasma

Oeconomia quoque in his diligentior q̄ in pleriſq; nouorum erit

Oeconomia dispositio dicitur maxime & oratoribus & poetis necessaria: ut quid quo loco sit dicendum. nō ignorent. Quando nos in omnia deliciarum uitia dicendi quoque ratione defleximus. Rectius mihi de-

fluxiùs legi uideť magiſq; ſẽſui cõ uenire. Cũ poetis uoluptatibus aures a forenſi auctoritatẽ reſpirãt Tres huic loco mendæ uidentur ineſſe quarum prima tollitur ſit ꝓ poetis legatur poeticis. Altera ſi ꝓ auctoritate aſperitate ſcribať, ter tia ſi reſpirẽt ut modi coniunctiui non reſpirant legatur. Quibus accidit non mediocris utilitas. Accedit hoc eſt adiicitur legendum ẽ

aſperitate

Metaplaſmus & ſchematiſmus & ſchemata ut dixi uocamus. Accuſatiui ſunt græci q̃uis nominati ui latini uideãtur. Rectius autem græcis litteris ſcriberentur μετα πλασμους & σχηματα ϊσμους

Quæ in decore rerum. Pro decore puto legendum eſſe decoro. Summa eſt enim poetæ laus. cum bene & rerum & perſonarum ſeruat decorum. Perſequi quidem quod quiſque unquam uel contemptiſſimorum hominum dixerit aut nimiæ miſeriæ aut inanis iactantiæ eſt. Hinc facile apparet q̃ ſint damnandi non ſolum grammatici qui nouas abolitaſue iam fabulas ſemper ſcrutantur. eaq; in commentis ſuis ſcribũt: ne parum multa ſciſſe uideãtur: quæ nihil ad percipiendos ſenſus auctorũ quos exponũt ad ꝓpoſitũue eoꝝ quæ dicunť: facere cõſtat: ſed etiã nĩi tpis legulei atq; philoſophaſtri: qui ſibi q̃dã præclaꝝ facere uidenť: ſi dũ ꝓfitenť: uel inſulſiſſimi cuiuſq; nebulonis ὁpiniones ieptas auditoribus ĩculcarint. Quibus ſane nugis efficiť ut quæ alias facilia pulchraq; cognitu ſunt: ſubabſurda ac difficillima uideanť. Nã qui oẽs etiã indignas lectione ſchedas excutit. Schedæ dicunť paginæ ĩ qbus quæ dã extpe ut tulit calor: ſcribi ſolẽt

Nã Didymo quoq; quo nemo plura ſcripſit: accidiſſe cõpertũ eſt: ut cum hiſtoriæ cuidam tanq̃ uanæ repugnaret ipſius proferetur liber: qui eam continebat. Porfiteretť q̃dem legiť fere in exẽplaribus Sed qa minus latina oro ẽ: ꝓferretť mihi legendũ uideť. Didymus aũt ſalſamẽtarii filius grãmaticus Alexandrinus ad tpa Auguſti puenit q ob aſſiduẽ circa libros morã χαλκẽντερον. hoc ẽ æneũ calcar fuit appelatus. Nam ad tria milia librorum & quingentos ſcripſiſſe dicitur. Fuit etiã alius. Didymus grãmaticus Alexandrinus q Romæ docuit. Alius poeta qui georgica ſcripſit. Alius philoſophus Academicus

Vidimus Ennii: Actii: Pacuuii: Lucilii: Terentii: Cecilii: & aliorum inſeri uerſus: ſumma non eruditionis modo gratia: ſed etiam iucunditatis: cum poeticis uoluptatibus aures a forenſi auctoritate reſpirant: quibus accidit non mediocris utilitas: cum ſententiis eorum uelut quibuſdam teſtimoniis quæ propoſuere confirment. Verum priora illa ad pueros magis: hæc ſequentia ab robuſtiores pertinebũt. Cum grammatices amor & uſus lectionis non ſcholarum temporibus ſed uitæ ſpatio terminetur: in prælegendo grammaticus: & illa quidem minora præſtare debebit: ut partes orationis redi ſibi ſoluto uerſu deſideret: & pedũ proprietates. quæ adeo debent eſſe notæ in carminibus: ut etiam in oratoria compoſitione deſiderentur: deprehẽdantq; quæ barbara: quæ impropria: quæ contra legem loquendi ſunt poſita: non ut ex his utiq; improbentur poetæ: quibus quia plerunq; ſeruire metro coguntur: adeo ignoſcitur: ut uitia ipſa aliis in carmine appellationibus nominentur. Metaplaſmus. n. & ſchematiſmus & ſchemata: ut dixi: uocamus: & laudem uirtutis neceſſitati damus. Sed ut cõmoneat artificialium & memoriã agitet. Id quoq; inter prima rudimẽta non inutile demõſtrare: quot quæq; uerba modis intelligẽda ſint. circa gloſſemata etiã. i. uoces minus uſitatas non ultima eis profeſſionis diligẽtia eſt. Enim uero maiore cura iã doceat tropos oẽs: quibus præcipue non poema modo: ſed etiam oratio ornatur: ſchemata utraq;. i. figuras quæq; lexeos: quæq; dianœas uocãtur: quorum ego ſicut troporum tractatum in eum locum differo: quo mihi de ornatu orationis dicendum erit. Præcipue uero illa infigat animis: quæ in œconomia uirtus: quæ in decore reꝝ: quid perſonæ cuiq; cõuenerit: quid ĩ ſenſibus laudandũ: quid in uerbis: ubi copia probabilis: ubi modus. his accedet enarratio hiſtoriarum: diligẽs quidem illa: nõ tamen uſq; ad ſuperuacuum laborem occupata. Nam receptas aut certe claris oratoribus memoratas expoſuiſſe ſatis eſt. perſeq quidẽ qđ qſq; unq̃ uel contẽptiſſimoꝝ hoĩum dixerit: aut nimiæ miſeriæ: aut inanis iactãtiæ ẽ: & detinet atq; obruit ĩgenia melius aliis uacatura. Nã q oẽs ẽt idignas lectiõe ſchedas excutit: anilibus quoq; fabulis accõmodare opã põt. atq pleni ſũt eiuſmodi ĩpedimẽtis grãmaticoꝝ cõmẽtarii: uix ipſis q cõpoſuerũt: ſatis noti. Nam Didymo quoq; quo nemo plura ſcripſit: accidiſſe cõptũ ẽ: ut cũ hiſtoriæ cuidãtanq̃ uanæ repugnaret: ipſis proferretť liber: q eã cõtinebat: qđ cueĩt præcipue a fabuloſis uſq; ad ridicula quædã ẽt pudẽda. ũde ĩprobiſſio cuiq; pleraq; fingẽdi licẽtia ẽ: adeo ut đ libris totis & auctoribꝫ ut ſuccurrit: mẽtiaꝝ tuto: qa iueĩri q nũq̃ fuere

Et finitæ quidem ſunt partes duæ: quas hæc profeſſio pollicetur, i. ratio loquendi & enarratio auctorum: quarum illam methodicen, hanc hiſtoricen uocant. Methodice artificialis trāſferri poteſt. Nam methodus ars dicitur ſub qua loquendi ratio cōtinetur, hiſtorice dicitur enarratiua ἀπὸ τοῦ ἱστορεῖν quod narrare etiā ſignificat: a qua ſignificatione etiam hiſtoria deducit. Nihil enim aliud eſt hiſtoria q̄ rerum geſtarum expoſitio. Huic autem parti: auctorum ſubiicitur enarratio. Tum periphraſi audacius uertere. Ridiculos ſe præbent qui periphraſi legūt & ita legendum eſſe contendunt, cum & priſca conſuetudo qua ſe exercebant ſtudioſi pōetarum dicta aliis uerbis exprimētes & ſenſus ipſe exigat ut Paraphraſi legat. Eſt autē paraphraſis non ſimplex iterpretatio: ſed circa eoſdem ſenſus certamē ac æmulatio: ut Fabius ipſe i decimo expōnit. Neq; ego inqt paraphraſin eſſe iterpretationē tantū uolo: ſed circa eoſdem ſenſus certamē atq; æmulationem. Sententiæ quoque & chriæ & ethologiæ ſubiectis doctorum rationibus apud grāmaticos ſcribantur. Loco doctorum legendum eſſe dictorum aperte ei compertum erit qui ſciet cauſam ac rationē dicti factiue propoſiti in huiuſmodi exercitationibus ſolere afferri. E quatuordecim autem progymnaſmatis hoc eſt præexercitamentis: quatuor dūtaxat grammatico tractanda permittit Fabius Fabulam, ſententiam, Chriam. Nam ethologia ſpecies eſt chriæ: & narrationem. Eſt autem ſententia oratio ſumpta de uita: quæ aut qd ſit aut quid eſſe oporteat in uita breuiter oſtendit: ut Liber is eſt exiſtimandus: qui nulli turpitudini ſeruit. Chria eſt commemoratio alicuius dicti uel facti uel utriuſq; ſimul celerem habens demonſtrationem, ut Iſocrates dicebat uirtutū radices amaras: fructus uero dulces. Chria autem idcirco dicta eſt hæc exercitatio quod maxime ſit utilis & neceſſaria χρεία, n. & uſū & neceſſitatē ſignificat χρειῶδες utile dicitur Ethologiæ ſi ad uerbum tranſferat hoc nomen: ſonare uidet morū rationes. Nā ἦθος mos dicitur λογος ratio. Sed de ethologiis me apud græco quicq̄ legiſſe non memini. Neq; enim inter progymnaſmata a græcis collocant: niſi forte ethologian pro ethopœia accipiat Quintilianus. Nam ἠθοποιία iter progymnaſmata numeratur. Sed de ea Fabius mihi loqui hoc loco nō uidetur. Neq; enim ἠθοποιία quicq̄ cū ſētētia ſimile habet: Quare ethologian accipiamus dictum mores alicuius exprimens quale eſt Ceſaris illud Si iuſiurandū uiolandum eſt propter regnum uiolandum eſt. Neq; ignoro a quibuſdam etiologiā legi, quibus priſcum exemplar aſtipulatur, etiologia uero cā dicti ſermoniſue interpretari pōt: ut ſit quotiens dicto ſubiicimus rōnem ut Socrates iterrogatus an perſarū rex ſibi fœlix uideret: reſpondit ſe neſcire: neq; n. mores eius ſibi notos eē. Verū Aphthonii expoſitor id chriæ genus αἰτιῶδες nō etiologian uocat. Deniq; apud græcos nō memī me legiſſe q aut ethologiæ aut etiologiæ ullā faciat mētionē. Mimi etiā dicunt ethologi morū atq; affectuū cuiuſq; perſonæ effictores. Quia initiū ex rōne ducunt. Pro rōe uidetur legēdū eē lectione. Quoq; omniū ſimilis eſt rō iiſdē oēs capitibus tractant hoc eſt laude: paraphraſtico, rōnis aſſignatione, cōtrario, coparatiōe, exemplo, ueterum teſtimonio, breui epilogo. Etiam in ipſorum factis chriam putant loco ipſorum legen

non poſſunt. Nam in notioribus frequentiſſime deprehenduntur a curioſis. Ex quo mihi inter uirtutes grammatici habebit aliqua neſcire.

De officio grāmatici: & quæ primordia ſint dicendi.

ET finitæ quidem ſunt partes duæ: quas hæc ꝓfeſſio pollicet, i. ratio loquendi: & enarratio auctoꝝ: quarū illā methodicen: hanc hiſtoricē uocant. adiiciamus tamen eoꝝ curæ quædā dicēdi primordia: quibus ætates nōdum rhetorē capientis inſtituant. Igitur Aeſopi fabellas: quæ fabulis nutriculaꝝ ꝓxime ſuccedunt: narrare ſermone puro: & nihil ſe ſupra modum extollente: deinde eandem gracilitatē ſtilo exigere cōdiſcant. uerſus primo ſoluere: mox mutatis uerbis iterpretari: tum paraphraſi audatius uertere: qua & breuiare quædam: & exornare ſaluo modo poetæ ſenſu permittitur. Quod opus etiam conſumatis profeſſoribus difficile: qui commode tractauerit cuicunq; diſcendo ſufficiet. Sententiæ quoq; & chiræ & ethologiæ ſubiectis doctorū rōnibus apud grāmaticos ſcribantur: quia initiū ex rōne ducunt: quorū omnium ſimilis eſt ratio: forma diuerſa: qa ſententia uniuerſalis eſt uox. ethologia perſonis cōtinetur. chriarum plura genera traduntur. unum ſimile ſententiæ: quod eſt poſitum in uoce ſimplici: dixit ille: aut dicere ſolebat. alterum quod eſt in reſpondendo: interrogatus ille uel cū hoc ei dictum eſſet reſpondit. Tertium huic non diſſimile: cum quis non dixiſſet: ſed aliquid feciſſet etiam i ipſis factis chriā putāt: ut Crates cū indoctū puerū uidiſſet pedagogū eius ꝑcuſſit. Et aliud pene par ei: q; tamē eodem nomine appellare nō audēt: ſed dicūt χρείῶδες ut Milo: quē uitulū aſſueuerat ferre: taurum ferebat. In his oībus & declinatio per eoſdē ducitur caſus: & tam factoꝝ q̄ dictorum rō eſt. Narratiunculas a poetis celebratas notitiæ cā: nō eloquētiæ trāctandas

dum esse ipsis facile est uidere. Cætera maioris operis ac spiritus: latini præceptores relinquendo necessaria grammaticis fecerunt. In uetusto exemplari oratores quidem legitur in cõtextu, in margine uero præceptores. Sed neutrũ mihi placuit, rhetores aũt legendũ uidet, grãmatici, n. nõ minus q̃ rhetores præceptores sũt. Reliqua progymnasmata rhetorum propria esse ait, quæ sunt confutatio, confirmatio, laudatio, uituperatio, locus communis, thesis, comparatio, Descriptio, ethopœia, Legislatio. Hæc enim magnorum quoque oratorum ingenia facile possent exercere. ¶ Hæc de grãmatica, pulchra utitur transitione Fabius: colligitque oratorem omnium disciplinarum peritum esse debere quarum quidem cognitionem minus mirabitur oratori necessariam esse: qui scierit eandem patriæ propugnatoribus a Platone, agricolis a Columella, Medicis a Galeno, Architectis a uitruuio necessariam asfirmari. Vt efficiatur orbis ille doctrinæ quam græci κύκλοπαιδίαν uocant κύκλοπαιδία ad uerbum transfertur circularis doctrina: hoc est omnium artiũ disciplina. Quemadmodũ in data linea constituit triãgula æquis lateribus possint. Data recte: ducta uero corrupte in quibusdam legitur exemplaribus, hoc autem uidetur ex Euclidis elemẽtis sumptum esse, q̃uis illic non linea solum subintelligatur: sed recta finitaque legatur. Sic enim ibi discribitur, ἐπὶ τῆσ δοθείσησ πεπερασμένησ τρίγωνον ἰσοπλευρον συστήσασθαι, hoc est. In recta data finita triãgulũ æquilaterũ cõstitui. Sed Fabius ea nihil curauit ascribere: quæ facile ab iis: qui geometriæ principiorũ omnino ignari nõ forẽt: subaudiri possent. Sic aũt triangulũ in recta linea data constituitur æquilaterũ.



puto. Cætera maioris operis: ac spiritus latini præceptores reliquendo necessaria grammatici fecerunt. Græci magis operum suorũ & onera & modũ norunt.

An oratori futuro necessaria sit plurium artiũ scientia.

h Aec de grammatica q̃ breuissime potui: nõ ut oĩa dicerem sectatus: quod infinitum erat: sed ut maxime necessaria, nunc de cæteris artibus, quibus instituendos priusq̃ rhetori tradantur pueros existimo: strictim subiungam: ut efficiatur orbis ille doctrinæ: quã græci κύκλοπαιδίαν uocant. Nam iisdem fere annis aliarum quoq; disciplinarum studia ingredienda sunt: quæ qa ipsæ artes sunt & esse perfectæ sine orandi scientia non possunt: nec rursus ad efficiendũ oratorem satis ualẽt solæ: an sint huic operi necessariæ: quæritur. Nam quid (inquiũt) ad agendã causam dicẽdam ue sententiam pertinet scire: quẽadmodum in data linea constitui triangula æquis lateribus possint? aut quo melius uel defendet reum: uel reget consilia: qui cytharæ sonos nominibus & spaciis distinxerit? enumerent fortasse multos q̃libet utiles foro: qui nec geometren audiuerũt: nec musicos: nisi hac cõmuni uoluptate aurium intelligant. Quibus ego primum hoc repondeo: quod &. M. Cicero scripto ab Brutum libro frequentius testatur: non enim a nobis institui oratorem: qui sit aut fuerit: sed imaginem quandam concepisse: nos animo perfecti illius ex nulla parte cessantis. Nã sapientẽ formantes: eũ q̃ sit futurus cõsumatus undiq; : & ut dicunt mortalis quidam deus: non modo cognitiõe cælestium uel mortaliũ putant instituẽdum: sed per quædam parua sane si ipsa deum existimes: ducunt: sicut exquisitas interim ambiguitates: non quia ceratinæ aut crocodilinæ possint facere sapientem, sed quia illum ne in minimis quidem oporteat falli. Similiter oratorem qui debet esse sapiens: non geometres faciet aut musicus: quæq; his alia subiungam. Sed hæ quoq; ar

Quæ quia ipsæ artes sunt & esse perfectæ sine orandi scientia non possunt, nec rursus ad efficiendum oratorem satis ualent solæ: an sint huic operi necessariæ: quæritur. Hic quidem locus sine ulla menda esse plerisque uidetur. Mihi uero non ieptus modo: uerum falsus quoque esse hic sensus: nisi corrigatur. Quid enim geometræ musicoue orandi scientia opus est? Profecto hi sine arte oratoria possunt esse perfecti. Sic igitur emendetur ut his ascribatur, & perfecta & potest singulari numero legantur: ut cum scientia congruant hoc modo. Et esse perfecta sine his orandi scientia non potest. Ars enim oratoria citra cognitionem aliarum disciplinarum perfecta esse non potest. Non quia ceratinæ aut crocodilinæ possint facere sapientem. Ambiguitates quædam ideo ceratinæ uocantur quia in illis multa de cornibus mentio habetur, κέρατα nanque cornua dicuntur. Quale hoc est, quicquid nõn amisisti habes. Cornua nõ amisisti. Cornua igitur habes.

Cor. corrigt

Qui uero ceraſtinæ a ceraſte ſerpẽte putãt legẽdũ: ii opinionis ſuæ uiderint rõnẽ. Mihi quidẽ & ceratinæ ſen ſui uidentur conuenire: & ita in antiquo legitur exemplari. Huc accedit quod Diogenes laertius quaſdam argumentationes cornuta ait appellari: quibus cum alii: tum Stoici atque in primis Chryſippus utebantur: quale eſt & id quod de cornibus dixi: & hæc. Qui myſteria prophanis indicat impius eſt. Indicat autem myſteria prophanis hierophanta. eſt ergo impius hierophanta. Item Qui Megaris eſt: Athenis non eſt. eſt autẽ homo megaris. nõ eſt igitur homo Athenis. Item quod loqueris per os tuum trãſit. Currum autem loquaris. Currus ergo per os tuum tranſit. de huiuſmodi ambiguitatibus Fabium ſentire facile contẽderim atq; eo magis q; ãbiguitatis ad uerba & orationem nõ ad res ſolet referri. Quædã appellant crocodilinæ a crocodilo nili bellua peculiari. fingitur enim crocodilus puerũ cuiuſdam ruſtici iuxta Nili ripam rapuiſſe: quem patri multis præcibus ac lachrymis repoſcenti pollicetur crocodilus: ſi uerũ reſponderit ſe redditurũ. Ruſticus ſe uerum eſſe dicturum aſſeuerat. Tum crocodilus. Dic miſer. Redamne tibi puerum? Subiecit ille Reddes. falſo reſpondiſti inquit Crocodilus. Non enim reſtituam. Si reſpõdiſſet. Non reddes Pulchre dicis itulliſſet Crocodilus. Neq; enī reddere uolo. Huiuſmodi igit̃ ſophiſmata decipulæq; ac captiões hinc Crocodiliæ uocãt. Et muta animalia mellis illum immutabilem humanæ rationi ſaporẽ uario florum ac ſuccorũ genere perficiunt. Inimitabilem in quibuſdam emẽdate legitur exemplaribus.

tes: ut ſit conſumatus: iuuabunt: niſi forte Antidotum quidẽ atq; alia: quæ oculis aut uulneribus medentur ex multis atq; interim contrariis quoq; inter ſe effectibus componi uidemus. Quorũ ex diuerſis fit illa mixtura una: quæ nulli earum ſimilis eſt: quibus conſtat: ſed ꝓprias uires ex omnibus ſumit: & muta animalia mellis illum inimitabilem humanæ rationi ſaporem uario florum ac ſuccorum genere perficiunt. nos miramur ſi oratio: qua nihil præſtantius homini dedit prouidentia: pluribus artibus eget: quæ etiam cum ſe nõ oſtẽdunt in dicendo: nec proferũt: ui tamen occultã ſuggerũt & tacite quoq; ſentiuntur. fuit aliqs ſine his diſertus. at ego oratorem uolo. non multum adiiciunt: ſed utiq; non erit totum: cui uel parua deerunt. & optimum quidem hunc eſſe conueniet. Cuius etiam ſi in arduo ſpes eſt: nos tamen præcipiamus omnia: ut ſaltem plura fiant. Sed cur deficiat animus. natura enim perfectum oratorẽ eſſe nõ prohibet: Turpiterq; deſperatur quicquid fieri poteſt.

De muſice & eius laudibus

a Tq; ego uel iudicio ueterũ poteram eſſe contentus. Nã quis ignorat muſicen (ut de hac primum loquar) tantũ illis iam antiquis temporibus non ſtudii modo uerum etiã uenerationis habuiſſe: ut iidẽ muſici & uates & ſapientes iudicarentur? Mittam alios: Orpheus & Linus: quorũ utrũque diis genitum: alterum uero ꝓ rudes quoq; atq; agreſtes animos admiratione mulceret: non feras modo: ſed ſaxa etiam ſiluaſq; duxiſſe: poſteritatis memoriæ traditũ eſt. Et Timagenes auctor eſt omnium in litteris ſtudiorum antiquiſſimã muſicen extitiſſe. Et teſtimonio ſunt clariſſimi poetæ: apud quos inter regalia conuiuia laudes heroum: ac deorum ad citharam canebantur. Iopas ille Virgilii Nonne canit errantem lunam ſoliſq; labores? & cætera. quibus certe palam cõfirmat auctor eminentiſſimus muſicen: cum diuinarum etiam rerũ cognitiõe eẽ coniunctã. quod ſi datur erit etiam oratori neceſſaria: ſi quidem ut diximus: hæc quoque pars quæ ab oratoribus relicta a philoſophis eſt occupata: noſtri operis fuit: ac ſine omnium talium ſcientia non põt eſſe perfecta eloquẽtia. Atq; claros noĩe ſapiẽtiæ uiros nemo dubitauerit ſtudioſos muſicæ fuiſſe: cũ Pytagoras atq; eũ ſecuti acceptã ſine dubio ãtiqtus opinionẽ: uulgauerit mũdũ ipſũ eius rõne eẽ cõpoſitũ: quã poſtea ſit lyra imitata: nec illa mõ cõtẽti diſ

a Tquæ ego uel iudicio ueterum. Atq; citra diphthongum ut ſit copula ſcribendum eſt. eleganter autem ut omnia colligit muſicam q̃ maxĩe oratori eſſe neceſſariam. Vt iidem muſici & uates & ſapientes iudicarentur. Hoc ſtrabo ĩ primo de geographia libro multis colligit argumẽtis. Quorum utrunq; diis genitum. De his Virgilius in bucolicis Virg.
Nõ me carminibus uĩcet nec thracius orpheus Nec linus, huic mater q̃is atque huic pater adſit, Orphei calliopa, lino formoſus apollo. de orpheo uero Horatius ĩ arte poetica. Silueſtres homines ſacer ĩterpreſq; deorum Cædibus & uictu fœdo dꝛterruit orpheus. dictus ob hoc lenire tygres rabidoſq; leones. Cum pythagoras atq; eum ſecuti uulgauerũt. Vt coniunctiui modi ſit uulgauerint eſt legẽdum

Quam poſtea ſit lyra imitata. Lyra ad imitationem harmoniæ mundi primum habuit ſeptem

chordas,unde canit poeta Septem discrimina uocum,Terpander octauam,Simonides addidit nonam. Sonum quoq; his motibus dederunt,Singulis planetaꝝ orbibus singuli attribuuntur soni:de quibus in somnium Scipiõis Macrobius diffuse disserit. Nam Plato cum in aliis quibusdam:tum præcipue in Timæo: ne intelligi quidem:nisi ab iis qui hanc quoq; partem disciplinæ diligenter perceperint,potest.Hoc idẽ Hieronymus in Esaiam testatur,Denicq; Timæum inquit de mundi harmonia:astrorũq; cursu & numeris disputantẽ ipse:qui interpretatus est:Tullius se non intelligere profitetur. Exercitus Lacedæmoniorũ musicis accensos modis, Plutarchus in libro de musica inquit οτι τοκαλουμενον κατορειον μελος μετα τουτων ηδετο παρα τους λακεδαιμονιοις οποτε εις τοις πολεμικους κινδυνους εξελθοιεν hoc est Quod uocatur castoreum cãticum cum tibiis canebatur a lacedemoniis cum ad bellica pericula egrederentur. Quorum concentus quantum est uehementior Quanto ut legatur ratio grammatica exigit. Cornua uero ac tubas in legionibus habuisse Romanos significat etiã Ouidius ĩ primo metamorphoseos. Non tuba directi, non eris cornua flexi.& Vegetius q de re militari scribens ita præcipit Habeat præterea legio tubicies & cornicies buccinatores. Tubicẽ ad bellum uocat milites & rursum receptui canit.Ergo quotiens ad aliquod opus exituri sunt milites soli tubicines canũt,quotiens mouẽda sũt signa:cornicies canũt.Quotiens autem pugnatur & cornices & tubicines canũt. Et eius sectæ principes.De stoicis intelligit: qui philosophorum seueriſſimi sunt habiti,eorum uero principes fuere Zeno,Cleãthes,Chrysippus. Ve lut numeri nobis dedisse. Muneri legendum esse constat ut intelligamus dono dedisse. Cũ Sophron ostendit mimorum quidem scriptor.Mimus poema est simile comœdie κατεξοχην sic appellatum quod potissimum in eo gestus hominum effingerentur.Mimorum autem clari scriptores apud græcos Sophron & Philistio:apud latinos Laberius & Publius Syrus: quorum carmina quædam cognita pulchra refert Macrobius ĩ Saturnaliũ secũdo. Et Maricas q ẽ hyperbolus.De hypbolo Cicero ĩ bruto meminit de glaucia loqns. Hõ simillimus iqt Atheniẽsis hyperboli:cuius ĩprobitatẽ ueteres atticoꝝ comœdiæ notauerũt.Est ergo nomẽ ꝓpriũ nõ a loco deriuatũ ut qdem putãt.Aristophanes quoq; nõ uno libro sic ĩstitui pueros ãtiqtus solitus eẽ demõstrat.Solitos legẽdũ eẽ aptius ẽ quã ut sit admonẽdũ. Aristophanes ãt multo plures scripsit comœdias q̃ extẽt. Et apud menãdrũ ĩ hypolimæo.Syllaba ẽ ascribẽda ut hypobolimæo legatur.Dicitur autẽ hypobolimæos subditicius.Est enim comœdiæ nomẽ: cuius argumentum est Filius subditicius.Menandri uero comœdiæ non extant. Se psaltris & gemetris multa dicit

similiũ cõcordia:quã uocant harmoniam:sonum quoq; his motibus dederunt.Nã Plato cũ in aliis quibusdã:cum præcipue ĩ timæo:ne intelligi quidem nisi ab iis qui hanc quoq; partem disciplinæ diligenter perceperint:põt. Quid de phis loquor? quorum fons ipse Socrates iam senex institui lyra non erubescebat? duces maximos & fidibus & tibiis canisse traditũ est.exercitus lacedæmoniorum musicis accẽsos modis.Quid autẽ aliud in nostris legionibus cornua ac tubæ faciunt:quorum cõcentus:quãto est uehemẽtior : tãtũ romana in bellis gloria cæteris præstat? Non igitur frustra Plato ciuili uiro:quẽ πολιτικον uocant necessariam musicẽ credidit.& eius sectæ quæ aliis seueriſſima: aliis asprima uidetur principes in hac fuere sentẽtia: ut existimarẽt sapiẽtum aliquos non nullam opam his studiis accomodaturos. Et Lycurgus duriſſimaꝝ lacædemõiis legũ auctor musices disciplinam probauit.atq; eam natura ipsa uidetur ad tolerandos facilius labores:uelut muneri nobis dedisse. Siquidẽ & remigẽ cantus hortatur:nec solum ĩ his opibus : in quibus plurium conatus:præeũte aliqua iucunda uoce conspirat:sed etiam singulorum fatigatio qualibet se rudi modulatione solatur.Laudem adhuc dicere artis pulcherimæ uidetur:nondum tamen eam oratori coniungere. Trãseamus igitur id quoq;:quod grammatice quondam ac musice iunctæ fuerunt. Siquidem Architas atq; Aristoxenus etiam subiectam grammaticen musicæ putauerũt: & eosdem utriusq; rei præceptores fuisse:cũ Sophron ostendit mimoꝝ quidem scriptor.Sed quem Plato adeo probauit: ut suppositos capiti libros eius:cum moreretur:habuisse tradatur : tũ Eupolis apud quem probamus & musicen & litteras docet. Et Maricas:qui est hyperbolus:nihil se ex musicis scire : nisi litteras confitetur.Aristophanes quoq; non uno libro sic instituí pueros antiquitus solitos eẽ demonstrat.Et apud Menãdrum in hipobolimæo:senex qui reposcenti filium patri ue lut rationem impendiorum: quæ in educatione contulerat opponens se psaltis & geometris multa dicit dedisse. Vnde

dediſſe Pſaltis r littera expuncta legendum eſt. Pſaltes enim dicitur cantor απο του ψαλλειν hoc eſt a canendo. Vnde fœmininum pſaltria dicitur fidicina. Vt uerbis Ciceronis utar. In primo Tuſculanarum quæſtionum libro hoc Cicero commemorat. Numerus muſice habet duplices. Numeros legendum eſſe ne admonendi quidem ſumus. Non ſolum autem oportet flectere uocem: ſed etiam corporis geſtu cantum commendare. Vocis rationem Ariſtoxenus muſicus diuidit in ρυθμον & μελος & μετρον. ρυθμος numerus latine dicitur ut illud Horatii Numeriſque fertur lege ſolutis. μελος dicitur modulatio. Metron menſura interpretatur. De his. A. Gellius libro decimoſexto ſic inquit. Longior menſura uocis rhythmos dicit altior melos. & alia ſpecies μετρον quæ appellatur: per quam ſyllabarum longarum & breuium & mediocrium iunctura ac modulus cognitus cum principiis geometriæ: aurium menſura examinatur. Boethius quoq; in primo de muſica libro hac eadem utitur diuiſione. Tria igitur genera ſunt inquit: quæ circa artem muſicam uerſantur, unum genus eſt quod inſtrumentis agit. Aliud fingit carmina. Tertium quod inſtrumentorum opus carmina quæ diiudicat. Hic uero colligitur eos errare qui μελος & μετρον legunt: cum & μετρον legendum ſit. Quorum alterum modulatione: canore alterum ac ſonis conſtat. Num igitur hæc omnia oratori neceſſaria. Niſi emendetur hic ſenſus: uidebitur Fabius negare: quod affirmare contendit. Interrogatio nanque affirmatiua in negationem ſolui ſolet. Quare non negandi aduerbium aſcribatur: ſicque legatur. quis exemplaria omnia præter uetuſtum refragentur. Non igitur hæc omnia oratori neceſſaria? ſignificat enim maxime neceſſaria eſſe. Affici animos in diuerſum habitum ſententiamus Ten ſyllaba ex ultimo uerbo eradatur: ne tabellionum barbarici apud quos uerbum iſtud eſt frequentiſſimum aſtipulari Fabius uideatur. Corporis quoque decens & aptus motus: qui dicitur ευρυθμια eſt neceſſarius. nec aliunde peti poteſt. In quo pars actionis non minima conſiſtit. Pronuncia/tio: quam eandem Fabius uocat actionem: in uocem diſtribuitur & geſtum. de hac in undecimo uolumine plene præcipitur. Sed ne hæc quidem præſumenda pars eſt. hoc eſt deguſtanda. ſed tota percipienda. Quam tonarion uocat. Phyſtula tonarios a tono eſt deriuata. Huius autem rei & Valerius in octauo. & Cicero meminit

Non

etiam ille mos ut in conuiuiis poſt cœnam circumferretur lyra: cuius cum ſe imperitum Themiſtocles confeſſus eſſet ut uerbis Ciceronis utar habitus ē indoctior. Sed ueterum quoq; romanorum epulis fides ac tibias adhibere moris fuit. Verſus quoq; ſaliorum habent carmen. Quæ cū omnia ſint a Numa rege inſtituta: faciunt manifeſtū: ne illis quidē qui rudes ac bellicoſi uidentur: curam muſices: quantam illa recipiebat ætas: defuiſſe. Deniq; in prouerbiū uſq; græcorum celebratum eſt: indoctos a muſis atq; gratiis abeſſe. Verū quid ex ea pprie petat futurus orator differamus. Numeros muſice habet duplices: in uocibus & in corpore. utriuſque enim rei aptus quidā modus deſideratur. uocis ratione Ariſtoxenus muſicus diuidit in ρυθμος & μελος & μετρον quorū alterū modulatione: canore alterum ac ſonis conſtat. Num igitur hæc omnia oratori neceſſaria? quorum unum ad geſtum: alterum ad collocationem uerborum: tertium ad flexus uocis: qui ſunt in agēdo quoq; plurimi: pertinet. niſi forte in carminibus tantū & in canticis exigitur ſtructura quædam: & ī offenſa copulatio uocum: & in agendo ſuperuacua eſt. aut non compoſitio & ſonus in oratione quoq; uarie pro rerum modo adhibetur: ſicut ī muſice. Nanq; & uoce & modulatione grandia elate: iucunda dulciter: moderata leniter canit: totaq; arte cōſentit: cum eorum quæ dicuntur affectibus. Atqui in orando quoq; ītēſio uocis: remiſſio: flexus pertinet ad mouēdos audiētium affectus. Aliaq; & collocationis & uocis: ut eodē utar uerbo) modulatione cōcitationē iudicum. alia miſericordiam petimus. cum etiam organis: quibus ſermo exprimi non poteſt: affici animos ī diuerſum habitum ſentiamus. Corporis quoq; decens & aptus motus: q dicitur ευρυθμια ē neceſſarius: nec aliunde peti pōt: in quo pars actiōis non minima conſiſtit: qua de re ſepoſitus nobis ē locus. age ſi habebit in primis curam uocis orator: quid tā muſices propriū? Sed ne hæc quidē præſumēda pars eſt: ut uno interim contēti ſimus exēplo. C. Gracchi præcipui ſuorum temporum oratoris. cui cōcionāti conſiſtens poſt eum muſicus phyſtula: quam tonarion uocāt: modos quibus deberet intendi miniſtrabat. Hæc ei cura inter turbidiſſimas actiones uel terrenti optimates: uel iam timenti fuit. Libet propter quoſdam imperitiores etiam craſſiore: ut uocant: muſa dubitationē huius utilitatis eximere. nā poetas certe

in tertio de ðratore. Hæc ei cura. In uetuſto exẽplari & copula eſt aſcripta. hoc modo. Hæc ei & cura. At ſiquis tam cæcus animi eſt ut de aliis dubitet illos certe ad lyram carmina compoſuerũt. Hic locus ita eſt de/prauatus ut oratio ne congrua quidem uideaſ. Nec me quicquam in hoc uetus exemplar iuuit. Non modo autem qui relatiuum eſt aſcribendum: uerum alia quoque deeſſe uidentur. Significat uerolyricorum ope/ra citra muſicen recte concinneque non poſſe legi: quod quidem ita uerum eſt: ut pauci admodum ſint: qui numeros Horatianis Pyndariciſque carminibus congruentes accommodare ſciant. Cum uero antiqui/tus uſque a Chirone atque Achil/le uſq; ad noſtra tẽpora. Primũ uſ/que eradendũ uidetur. Senſui. n. ſa/tis eſt ſecundũ. Achilles autem mu/ſicam quoq; a chirone nutricio do/ctus fuit. Excidit. eripuit. Penulti/ma autem huiuſmodi uerbi apice notanda eſt. cũ ſit longa. ne excidit eadem correpta legatur: qđ longe diuerſũ ab eo ſignificat. eſt aũt ſum/pta tranſlatatio ab iis qui caſtrant: qui excidi propriæ dicuntur. Nã/ pſaltria & ſpadicas etiã uirginibus probis recuſanda. ſed cognitiõem rationis: quæ ad mouendos lenien/doſque affectus plurimum ualẽt. Hic quoq; locus ita mendis ſcatet/ ut & caſtigatu difficillimus ſit: & quid uelit ſibi Fabius minime per/cipiatur. In uetuſto quidem exem/plari pſalteria legitur emẽdate. Cæ/tera uero ut in aliis corrupte. For/taſſe autem ſic emendaretur: ſi lo/co nam legatur Hæc. & Sambuca non ſpadicas. & ſecũdum loco ſed particulæ quæ relatiuo in locũ ſuũ/ tráſlato. hoc modo. Hæc pſalteria/ & ſambuca etiam uirginibus pro/bis recuſanda: quæ ſecundũ cogni/tionem rationis ad mouendos le/niendoſq; affectus plurimũ ualent/ Hinc quidem aliquis elicitur ſen/ſus: ſed qui mihi plene non ſatiſfa/cit. Nam Sambuca ut pſalteriũ in/ſtrumẽtum eſt muſicum. Sambu/ca enim ſpecies eſt cytharæ triãgu/laris: ad quam priſci iambos cane/bant. Eius primus inuẽtor Ibycus fuiſſe memoratur. Sambyces uero ut inquit Polybias: machinæ ſunt obſidionales. Spadicas autem ꝓr/ſus ſenſui repugnat. Nã ſpadica ut in ſecundo inquit gellius græci uo/cãt auulſum e palma termitem cũ fructu & phœniceum colorem ut idem in tertio. Nos ſicuti dixi phœniceum. græci φοινικα alii σπαδικα appellant: quoniam palmæ termes ex arbore cum fructu auulſus ſpadix dicitur. Nam Pythagoram accepimus. Idem narrat Boetius in pro/hœmio de muſica. Qui ſacrificanti phrygium cecinerat. Phrygios modos qui a Marſia Phrigio inuenti fuiſſe dicuntur: ut lydii ab Amphione. Dorii a Thamyra Thrace. ¶ In geometria partem fatentur eſſe utilẽ. Geometria terræ mẽſura iterpretaſ. Eius uero iuẽtores primi ægyptii dicũſ fuiſſe. Cũ. n. nilus ſua iundatiõe ſingulis fere annis terminos agroꝝ cõfunderet coacti ſunt menſuræ rõnẽ adhibere. A græcis uero cũ aliis tũ Euclide ita eſt ampliata: ut ab ipſo pfecta fuiſſe iudiceſ. Cõtinet aũt arithmeticã ſimul & aſtrologiã: ut aperte Fabius ipſe oſtẽdit. Geometriã uero eſſe neceſſariã oratori multis rõibus cõprobaſ. Quæ uero ſubiiciũſ exẽ/pla peritis quidẽ geometriæ perceptu facillima uidenſ. Imperitis uero ita difficilia: ut ne quidẽ pluribus uer/bis expoſita percipi poſſint. Qui ergo hoc caput pfecte intelligere cupit: geometri incũbat. Sane. Sed ꝓdeſſe

Corrigit hic

Egyptii primi Geometriam inuenerunt

legẽdos oratori futuro conceſſerint. Num igitur hi ſine mu/ſice? at ſiquis tam cæcus animi ẽ: ut de aliis dubitet: illos cer/te qui carmina ad lyram compoſuerunt. Hæc diutius forent dicenda: ſi hoc ſtudium uelut nouum præciperem. Cum ue/ro antiquitus a Chirone atq; Achille uſq; ad noſtra tempo/ra apud omnes: qui modo legitimam diſciplinam non ſint/ peroſi: durauerit: non eſt commitendum: ut illa dubia faciã defenſionis ſollicitudine. Quanuis autem ſatis iam ex ipſis/ quibus ſum modo uſus exemplis: credam eſſe manifeſtum: quæ mihi & quatenus muſice placeat: apertius tamen profi tẽdum puto: non hanc a me præcipi: quæ nunc in ſcænis ef/fœminata: & impudicis modis fracta: non ex parte minima: ſiquid in nobis uirilis roboris manebat excidit. Sed qua lau/des fortium canebantur quaq; & ipſi fortes canebant. Nam pſalteria & ſpadicas etiam uirginibus probis recuſanda: ſed cognitionem rationis: quæ ad monendos leniendoſq; affe/ctus: plurimum ualẽt. Nam & Pythagorã accepimus cõci/tatos ad ui pudicæ domui afferendam iuuenes iuſſa mutare i ſpondeum modos tibicina compoſuiſſe. Et Chryſippus eti/am nutricum: quæ adhibẽtur infantibus: allectationi ſuum quoddam carmen aſſignat. Et etiam nõ inerudite ad decla/mandum ficta materia: in qua ponitur tibicẽ qui ſacrifican/ti phrygium cecinerat: acto illo in inſaniam: & per præcipitia delato accuſari: quod cã mortis extiterit: quæ ſi dici debẽt ab oratore: nec dici citra ſciam muſices poſſunt: quomõ nõ hãc quoq; arte neceſſariam eſſe operi noſtro uel iniq cõſentient?

Commodam geometriam oratori.

IN geometria partem fatentur eſſe utilem teneris æta/tibus. agitari nãq; animos atq; acui ingenia & celeri/tatem percipiendi uenire ide concedũt: ſed prodeſſe eam: nõ ut cæteras artes: cum præceptæ ſint: ſed cum diſcatur exiſti/mant. Id uulgaris opinio ẽ. nec ſine cã ſũmi uiri etiã ipenſam

eam non ut cæteras artes, cum præceptæ sint: sed cum discant. Perceptæ ut intelligatur cognitæ & discatur in littera erasa legendū est. Quidam enim geometriæ disciplina concedunt puerorū ingenia acui: cum discit. Sed eam posteaq̄ percepta sit: nihil homini conferre aiunt. Hanc uero uulgarem esse opinionē Fabius asserit eamq; summorū uirorū auctoritate primum: deinde ratione confutat. Notanda est autem loquendi elegantia. Quod enim alii dicerent ea uulgaris opinio est: a Fabio elegantius dicitur id uulgaris opinio est. Iā cū sit geometria diuisia i numeros atq; formas. Loco illius particulæ iam: cū exponat fabius summos uiros nō

huic scientiæ operam dederunt. Iam cum sit geometria diuisa in numeros atq; formas. numerorum quidem notitia non oratori modo: sed cuicunq; primis saltem litteris erudito necessaria est. in causis uero uel frequentissime uersari solet: in quibus actor (non dico si circa summas trepidat: sed si digitorum saltem incerto aut indecoro gestu a computatione dissentit) iudicatur indoctus. Illa uero linearis ratio: & ipsa quidem cadit frequenter in causas: si determinis mensurisq; sunt lites. Sed habet maiorem quandam aliam cum arte oratoria cognationem. Iam primum ordo est geometriæ necessarius. nōne & eloquentiæ? Ex prioribus geometria probat i sequētia: & certis i certa: nōne id i dicēdo facimus? Quid illa propositarum quæstionum conclusio: non tota fere cōstat syllogismis? propter quod plures inuenies: qui dialecticæ similē. q̄ qui rhetoricæ fateantur hanc artem. Verum & orator etiam si raro non tamen nunq̄ probabit dialetice. Nam & syllogismis si res poscet utetur: & certe enthymemate: qui rhetoricus est syllogismus. Deniq; probationū quæ sunt potentissimæ greece apodixis uulgo dicuntur. Quid autem magis oratio. q̄ probationem petit? falsa quoq; ueri similia geometria ratione deprehendit. Fit hoc & numeris per quasdam quas pseudographias uocant: quibus pueri ludere solebamus. sed alia maiora sunt. Nam quis non ita proponenti credat? quorum locorum extremæ lineæ eandem mensuram colligūt: eorum spatium quoq; quod iis lineis cōtinetur: par sit necesse ē. at id falsum ē. Nā primū refert cuius sit formæ ille circuitus: reprehensiq; ab geometris sunt historici: q magnitudinem insularum satis significari nauigationis ambitu crediderunt. Nam ut quæq; forma perfectissima: ita capacissima. Ideoq; illa circūcurrens linea: si efficiet orbē: quæ forma est in planis maxime perfecta: amplius spacium cōplectetur: q̄ si quadratum paribus oris efficiat. rursus quadrata triangulis. triāgula ipsa plus æquis lateribus q̄ iæqualibus. sed alia forsitan obscuriora. Nos facillimum & impe/ritis sequamur expimētū. Iugeri mēsurā ducētos & quadragita lōgitudinis pedes ē: dimidioq; in latitudine patere: non fere qsq̄ est q ignoret: & q sit circuitus: & quātū cāpi claudat

sine causa geometriæ operā dedisse: nam uidetur esse legēdum. Iam enim ad coniūctionem modo sensuum utimur. Nam uero etiā causam assignat. Ea uero pars geometriæ quæ de numeris tractat arithmetica dicit. Quæ uero de formis pprie geometria. Sed si digitorū saltem incerto aut īdecoro gestu a computatione dissentit: iuditatur indoctus. Hoc ex priscorū cōsuetudine computādi sumptum esse uidetur. Nam singuli digitorum articuli apud ueteres singulos numeros significabāt: quam quidem rationē multi etiam num in computādo sequunt. Deniq; pbationū q̄ sunt potentissimæ: græce apodixis uulgo dicunt. ἀποδεῖξεισ trāsfert demonstratio: qđ genus argumētationis philosophorū est proprium ut plane in posterioribus analyticis probat Aristoteles. Est autē pluralis noiatiuus ἀποδεῖξεισ sed græcus. Hic autē sensus integer hactenus fuit iudicatus: sed mihi sine mēda minime esse uidetur. Quid enim ad propositum facit: si probationum potētissimæ uulgo apodixis græce dicuntur? Profecto nihil cum nos nō hortetur hoc loco Fabius: ut græcis litteris incūbamus Quare non græce: sed γραμμικαι. hoc est lineares legendū esse uel repugnantibus exemplaribus asserere non dubitarim. Atq; eo magis: quod Fabius ipe alibi huic nostræ correctioni astipulatur. Nā in quinto huius operis uolumie ubi de argumentis tractat: sic apodixin definit. Apodixis est euidens probatio Ideoq; apud geometras γραμμικαι ἀποδεῖξεισ dicuntur. Si ergo potentissimæ probationum dicuntur γραμμικαι ἀποδεῖξεισ: hoc est lineares demonstrationes: de q/bus sola geometria tractat: oratori dāda est opera geometriæ: cum oratio nihil aliud q̄ probationem petat. grammicæ autem απο τησ γραμμησ hoc est a linea dicūtur. Lineæ uero pūcta & supficies geo/

metriæ elemēta esse cōstat. Quas pseudographias uocāt. Pseudographiæ falsæ iterp̄tāt descriptiōes: qbus ēt nū pueri arithmeticā discētes ludere solent. Pars sit necesse ē. Par līa s expūcta legat. ut ad spaciū referat.

Quod uero inquit Fabius id falsum esse certum est. Nam id spacii: quod a linea in orbem ducta comprehenditur: amplius est: q̄ quod ab eadem linea in quatuor latera diuisa cōplectitur. Hoc enim spatiū, quod a figura orbiculari continetur: maius est q̄ hoc quod a quadrato designatur. Triangula quoque minus spatii q̄ quadrata compræhendunt: atque adhuc minus quæ iæqualibus lineis constant. hoc enim triangulo, inæqualibus lineis gulum, quadrato descripto minus, hoc uero triangulo, Iugeri mensura duplus spacii comprehendit. centos & quadragīta



Quanuis hoc exēplū facillimum uideatur: descriptione tamē apposita facilius percipietur. Ea est huiusmodi.

ccxl

cxx cxx

ccxl

Iugerum autem uocabatur ut scribit Plinius in decimo octauo naturalis historiæ: quod uno iugo boum in die exarari potuisset. Actus in quo boues agerent cum aratro uno impetu iusto. Hic erat cētum uiginti pedum, duplicatusq; in lōgitudinem iugerum faciebat. Dona amplissima imperatorū ac fortium ciuium quantum quis uno die plurimum circumarauisset.

At centeni & octogeni in quanque partem pedes idem spacium extremitatis. Loco extremitatis in quibusdam exēplaribus extremināt recte legitur, hoc est determinant ac designant. Quomodo autem tantūdē spatii designet cētū & octoginta pedibus in quanq; partē subiecta apte ostēdit descriptione.

Sed multo magis diuisæ q̄tuor lineis areæ faciunt. Pro illo magis fortasse maius legendum est ut ad spacium possit referri. Areæ uero quatuor lineis ita possunt distīgui ut subiecta mōstratur descriptiōe.

Nam deni in quadrā pedes: quadraginta per oram: intra centum. Hoc quidem facile est computatu: sed adhuc facilius redditur hac descriptione.

At si quini deni. Hoc quoque tali descriptione demonstratur.

Si uero porrecti utrinque, undeuiceni singulis distent Vndeuiceni decem & nouem dicuntur. Huius autē descriptio talis est. At si quini deni per latera: qui in fronte sint Ex illo amplectūtur: quartam partem deducent eodem circūductu. Quod relatiuum sensus integritas exposcit. Ascribatur ergo: ut legat ex illo quod amplectunt. Quid quod se eadem geometria tollit ad rationem usque mundi? Periphrasis est astrologiæ: quæ geo

colligere expeditum: At centeni & octogeni in quanq; partem pedes idem spacium exterminant. Sed multo magis diuisæ quatuor lineis areæ faciūt. Id si computare quem piget breuioribus numeris idem discat. nam deni in quadram pedes quadraginta per oram, intra cētum erunt. At si quini deni per latera: quini in fronte sint ex illo quod amplectuntur quartam partem deducent eodem circūductu. Si uero porrecti utrinque undeuiceni singulis distent: non plures intus quadratos habebunt q̄ per quot lōgitudo ducetur. quæ circūibit aūt linea eiusdem spatii erit: cuius ea quæ centum cōtinet. Ita quicquid formæ quadrati detraxeris amplitudini quoque peribit. ergo & id fieri pōt: ut maiore circuitu minor loci amplitudo claudatur. hoc in planis: nam in collibus ualibusq; ēt impito patet plus soli esse q̄ cæli. quid? q; se eadem



metriæ ſubiicitur. Mathematicæ.n. quatuor cõiũctæ ſunt atq; colligatæ. omnium uero geometria eſt fundamentum. An uero cum Pericles athenienſes ſolis obſcuratione territos milites reditis eius rei cauſis metu liberauit. Pericles ut in eius uita narrat Plutarchus centum ac quinquaginta nauibus paratis ac inſtructis: cum ſuam iam triremem conſcendiſſet: ecce ſolis defectio icidit: Inductiſq; tenebris attoniti oẽs ueluti magno quodam ac tetro prodigio animis conciderunt. Cum igitur gubernatorem quoq; perterritum atq; animi dubium intueretur Pericles: ſublatam ad eius faciem oppoſuit chlamydem. Velatiſque oculis rogauit: nunquid horrendum eius rei ſignum putaret. Abnuente illo: Quid igit̃ intereſt inquit: aut quid diſtat hoc ab illo: niſi quod maius quiddam eſt chlamyde id: quod nũc tenebras agit: Aut ſulpitius ille gallus. De hoc ſulpitio ſic Cicero ĩ Bruto meminit. C. Sulpitius gallus q̃ maxime omnium nobilium græcis litteris ſtuduit. Iſque oratorum in numero eſt habitus: & fuit reliquis rebus ornatus atq; elegãs. Hæc Cicero de gallo. Is cũ in exercitu. L. Pauli bellum contra Perſen Macedoniæ regẽ gerentis eſſet: Luna quadam nocte defecit: qua re cũ maxime militum animi forẽt perturbati: ofone galli Sulpicii ab imperatore in concionẽ producti fuere confirmati. Tantus uero Macedonas timor ĩuaſit: ut poſtero die collatis ſignis Perſes rex uiuus caperet. Id uero etiam ex uerbis Plynii colligitur. Sic enim in ſecundo innuit. Et rationem quidem defectus utriuſq; primus Romani generis ĩ uulgus extulit Sulpitius gallus: q cõſul cum. M. Marcello fuit.

geometria tollit ad rõnem uſq; mundi: in qua cum ſiderum certos conſtitutoſque curſus numeris docet: diſcimus nihil eſſe iordinatũ atq; fortuitum: quod ipſũ nõnunq̃ ꝓtinere ad oratorem poteſt. An uero cum pericles athenienſes ſolis obſcuratiõe territos: redditis eius rei cauſis: metu liberauit? Aut cum Sulpitius ille gallus in exercitu. L. Pauli de lunæ defectione diſſeruit: ne uelut prodigio diuinitus facto militum animi terrerent: nõ uidetur eſſe uſus oratoris officio? Quod ſi Nitias in ſicilia ſciſſet: non eodem confuſus metu: pulcherrimum athenienſium exercitum perdidiſſet: Sicut Dion cũ ad deſtruendam Dionyſii tyrãnidem uenit: nõ ẽ tali caſu deterritus. Sit extra licet uſus bellici: trãſeamuſq; ꝙ Archimedes unus obſidionẽ Syracuſaꝝ ĩ lõgius traxit. Illud utiq; iam ꝓpriũ ad efficiẽdũ: qd̃ itẽdimus plurias qõnes qbus difficilior alia rõne explicatiõe: ut de rõne diuidẽdi: de ſectione in infinitum: de celeritate augendi linearibus illis probationibus ſolui ſolere: ut ſi eſt oratori: qd̃ ꝓxius demonſtrabit liber. De omnibus rebus dicendum nullo modo ſine geometria eſſe poſſit orator. De prima pronũciatione & geſtus iſtitutione.

Sed cũ tribunus militũ ſollicitudine exercitu liberato pridie q̃ Perſes rex ſupatus a Paulo ẽ: in cõcionẽ ab ipe/ratore ꝓductus ad præcinẽdã ecclipſin mox & cõpoſito uolumine. Quod ſi Niceas ĩ Sicilia ſciſſet nõ eodẽ confuſus metu pulcherrimum Athenienſium exercitum non perduxiſſet. Perdidiſſet ut legatur uerus ſenſus exigit. Hoc uero Thucidides in ſeptimo narrat. Quare illum legat qui plene hãc hiſtoriam cognoſcere cupit. Nicias enim a ſyracuſanis repulſus cum in eo eſſet: ut e portu ipſorum claſſem deduceret: luna defecit: quod quidem ipſe tanq̃ ominoſum accipiens profectionem in aliud diſtulit tempus. Syracuſani uero portus anguſtias occludentes pulcherrimam Athenienſium claſſem icenderũt. De hoc etiam Plynius in ſecundo naturalis hiſtoriæ libro mentionem facit. Quo pauore inquit ignarus cauſæ Nicias Athenienſium imperator ueritus claſſem portu educere opes eorum afflixit. Sicut Dion non eſt tali caſus deteritus. Caſus. s. littera eraſa legatur. Dion autem ſyracuſanus ciuis fuit utriq; Dyoniſio admodum familiaris: qui cum a iuniore Dionyſio Syracuſis foret eiectus corinthum confugit: ibique exercitu comparato non tam ſuis copiis q̃ tyranni odio fretus in Siciliam reuerſus eſt: ac tertio die poſtq̃ inſulã attigit: Syracuſas introiuit. Demum autem fraude cuiuſdam callicratis qui cum eo ex peloponeſo uenerat interfectus eſt. Cum autem pridie q̃ Syracuſas intraret luna defeciſſet nihil ipſe territus eam defectionem malum tyrãno portendere militibus perſuaſit. Sint extra licet uſus bellici. Quid ſibi uelit hoc loco Fabius mihi parum liquet ſi extra legat. Neque.n. aut ſenſui aut orationi congruit. Quod quidem a quoq̃ profeſſorum hactenus non eſſe animaduerſum ſane q̃ miror: cum & flagitium grande ſit librariorum imperitia admiſſum qui illud extra tribus litteris ſcriptum ita ut a uocalis x litteræ ſuper poneretur expiẽtes putauerũt extra ſignificare exempla cum etiã num a notariis ſic ſcribantur. Quare non extra: ſed exempla integritas ſenſus expoſcit. Itaq; etiam refragantibus omnibus quæ quidem ego uiderim exemplaribus legendum eſt. Tranſeamuſq; quod Archimedes De Archimede clariſſimo mathematico & Liuius ĩ ſecũdo bello punico & Plutarchus in uita Marcelli multa narrant: Vnius enim Archimedis induſtria Syracuſæ diutius Marcello reſtiterunt. Quibus difficilior alia ratione explicatione ut de ratione diuidendi. de ſectione in infinitum. de celeritate augendi: linearibus illis probationibus ſolui ſolere. Pro quibus niſi quarum legatur & pro explicatione explicatio eſt: ſenſus minus pcipietur. Huiuſmodi autem quæſtiones ab iis potiſſimum tractantur qui nũc calculatores uocantur. Diuidẽdi quoq; legẽdũ eſt nõ uidẽdi ut qdã ad opticẽ: quæ pſpectiua dr referẽtes. lineares aũt ꝓbationes eas

Fabius uocat: quas pauloante grāmicas apodixis appellauit.

Dandū aliquid comœdo quoq; quo/que. Comœdi interim actores comœdiarū dicuntur, interim qui docent & geſtum & uocē uniuſcuiuſq; imitari. Ad hos igit̄ pueros eē mittēdos p̄cipit Fabius & ad decoros geſtus p/cipiēdos & ad corrigēdā uocē atq; commendandam: non ut mimi hiſtrioneſq; efficiantur.

Ne guſtus quidē oīs ac mo tus a comœdiis petendus eſt. miūs Geſtus ac comœdis i altera era ſa legendum eſſe facile eſt uide re. Nec excurſionibus nimi/is. Pro nimiis ſēſui nimius ma gis cōuenire uidet. Ne puero illas quidē circa s litteram de/licias hic magiſter feret. Multi nō ſolum pueri ſed etiam uiri in s littera pronuncianda ſpiri tum nimium producunt: ut ſi billare uideantur. Et cum .c. at ſimiliter g non ualuerunt. Ac legatur nō at: quæ cum ſit aduerſatiua ſenſui non conue/nit. Nec oris inanitatem re/ſonare .m. littera expuncta ina nitate uidet legendū. Quod græci κατατεπλασμένον di cunt κατατπλασμεῖν obſtrue re ſignificat atq; obturare, ūde κατατεπλασμένον obſtruſū dicitur atq; obturatum. Hoc autem uitio & pleriq; tranſal/pinorum natura, & inſulſi qui dam laborāt de induſtria ſi quā do latinam pronunciant ora/tionem. Altero pene oculis ipſe præmeretur. Oculus pro oculis legendum eſſe ne admo nendum quidem eſt. Ne il/los quidem reprehenderi qui palæſtricis paulum etiam uaca uerint, palæſtrici a palæſtra q̄ latine lucta dicitur: ſunt dēno/minati. Dupliciter autem acci piūtur: ut ſubiicit Fabius, mo/do .n. pro athletis ipſis & lucta toribus qui etiā palæſtritæ di/cuntur, modo pro iis a quibus motus corporis formant corporaque ipſa exercentur accipi conſueuerunt: quales nunc ui/dentur eſſe: quī ſaltare docent.

Cum præſertim hæc chiro nomia: quæ eſt ut nomine ipō declaratur lex geſtus, chirono/mia ad uerbum trāſſertur lex Dandum aliquid comœdo quoq; eatenus: qua ꝓnunciādi ſciē/tia futurus orator deſiderat. Non enim puerum quem in hoc ī/ſtituimus: aut fœmineæ uocis exilitate frangi uolo: aut ſeniliter tremere, nec uitia ebrietatis effingat, nec ſeruili uernilitate ību/atur, nec amoris auaritiæ metus diſcat affectū. Q uæ neq; ora/tori ſunt neceſſaria: & mentem præcipue ī ætate prima teneram adhuc & rudem inficiunt. Nam frequens imitatio tranſit i mo/res, ne guſtus quidem omnis ac motus a comœdiis petendus eſt. q̄q̄ enim utrūque eorum ad quendam modum præſtare debet orator: plurimum tamen aberit a ſcænico: nec uultu: nec manu: nec excurſionibus nimiis. Nam ſiqua in his ars eſt dicētium: ea prima eſt: ne ars cē uideatur. Q uod ē igitur huius doctoris of/ficium? In primis uitia ſiqua ſunt oris: emendet, ut expreſſa ſint uerba, ut ſuis quæq; litteræ ſonis enūcient. Q uarundam enim uel exilitate uel pinguitudine nimia laboramus. quaſdam ue/lut acriores paꝝ efficimus: & aliis nō diſſimilibus: ſed quaſi he/betioribus permutamus. Q uippe. R ho. litteræ qua Demoſthe nes quoq; laborauit labda ſuccedit: quaꝝ uis eſt apud nos quo/q;. & cū. c. ac ſimiliter. g. non ualuerunt: in. t. ac. d. moliuntur. ne puero quidem illas circa. s. litteram delicias hic magiſter feret: nec uerba in faucibus patiet audiri: nec oris inanitatem reſona/re, nec quod minime ſermoni puto conueniat: ſimplicē uocis na turam pleniore quodam ſono circunlenire: quod græci κατατεπλασμένον dicunt. Sic appellatur cantus tibinaꝝ: quæ præclu/ſis quibus clareſcunt foraminibus: recto modo exitu grauiorem ſpiritū reddūt. Curabit etiam ne extremæ ſyllabæ intercidant, ut par ſibi ſermo ſit, ut quotiens exclamandum ſit: laterum cona/tus ſit ille non capitis, ut geſtus ad uocem, uultus ad geſtū accō/modet. Obſeruandū erit etiā ut recta ſit facies dicentis: ne labra detorqueant: ne immodicus hiatus rictū diſtēdat. ne ſuppinus uultus, ne deiecti in terram oculi, ne inclinata utrolibet ceruix. Nam frons pluribus generibus peccat. Vidi multos quoꝝ ſup/cilia ad ſingulos uocis conatus alleuant, alioꝝ conſtricta, alio/rum etiam diſſidētia: cū altero in uerticem tenderent: altero pe/ne oculus ipſe premeretur: Infinitum autem ut mox dicemus in his quoq; rebus momentum ē. Et nihil pōt placere quod nō de/cet. Debet etiam docere comœdus quo modo narrandum, qua ſit auctoritate ſuadendū, qua cōcitatione conſurgat ira, quis fle/xus deceat miſerationem, quod ita optime faciet: ſi certos ex co/mœdiis elegerit locos: & ad hoc maxime idoneos, i. actionibus ſimiles. Idem aūt ad ꝓnūciādū nō modo utiliſſimi: uerū ad au/gēdā quoq; eloquentiā maxime accōmodati erūt. Et hæc dū ifir ma ætas maiora nō capiet. Cæteꝝ cū legere oīones oportebit. cū uirtutes eaꝝ iā ſentiet: tū mihi diligēs aliquis ac peritus aſſiſtat: neq; ſolū lectione formet: ueꝝ ēt ediſcere electa ex his cogat: & ea dicere ſtantē clare, & quēadmodū agere oportebit: ut ꝓtinus

ꝓnũciatõe uocẽ & memoriã exerceat. ne illos qdẽ reprehẽdẽdos puto: q pau lũ etiã palæstricis uacauerũt. Nõ de his loquor: qbus ps uitæ ĩ oleo: pars ĩ uino cõsumit᷑: qui corpoꝝ cura mẽtem obruerunt. Hos enim abesse ab eo quẽ ĩstituimus q̃ longissime uelim. Sed nomen ẽ idẽ iis: a quibus gestus motusq; formant᷑: ut recta sint brachia. ne ĩdoctæ rusticæ manus. ne status indecorus. nequa ĩ ꝓferendis pedibus ĩscitia. ne caput oculiq; ab alia corporis ĩclinatiõe dissideãt. Nã nec hoc eẽ in parte ꝓnũciatiõis negauerit q̃sq̃: nec ipsã ꝓnũciatiõem ab oratore secernet. Et certe qđ facere oporteat: nõ ĩdignãdũ ẽ discere: cũ præserti hæc Chironomia: quæ ẽ ut noïe ipso declarat᷑: lex gestus & ab illis tẽporibus heroicis orta sit: & a sũmis græciæ uiris: & ab ipso ẽt Socrate ꝓbata: a Platõe quoq; ĩ ꝓte ciuiliũ posita uirtutũ: & a Chrisippo ĩ præceptis de liberoꝝ educatione cõpositis nõ omissa. Nã Lacedemonios qdẽ ẽt saltationẽ quãdã tãq̃ ad bella quoq; utilẽ habuisse iter exercitatiões accepimus. Neque id ueteribus romanis dedecori fuit. Argumentũ ẽ sacerdotũ noïe ac religione durans ad hoc tẽpus saltatio. Et illa ĩ tertio Ciceronis de Oratore libro uerba Crassi: qbus præcepit: ut orator utat᷑ laterũ ĩclinatiõe forti ac uirili: nõ a scæna & histriõibus: sed ab armis: aut etiã a palæstra: cuius ẽt disciplinæ usus in nostrã usq; ætatẽ sine reprehẽsiõe descendit: a me tamẽ nec ultra pueriles annos retinebit᷑: nec ĩ iis ipsis diu. neq; eni gestũ oratoris cõponi ad similitudinẽ saltatiõis uolo. Sed subesse aliquid ex hac exercitatiõe puerili: Vnde nos nõ id agentes furti decor ille discẽtibus traditus prosequatur.

An prædicta discẽda sint eodem tempore.

q Væri solet: an ẽt si discẽda sint hæc: eodẽ tẽpore tamen tradi oïa & ꝓcipi possint. Negãt. n. qdã: quia cõfundat᷑ animus ac fatiget᷑ tot disciplinis ĩ diuersũ tendẽtibus: ad quas nec mens: nec corpus: nec dies ipse tẽpore sufficiat. Et si maxime hæc patiat᷑ ætas robustior: tamẽ pueriles annos onerari nõ oporteat. Sed nõ satis ꝑspiciũt quãtũ natura humani ĩgenii ualeat: quæ ita ẽ agilis & uelox: sic ĩ oẽm ptẽ (ut ita dixerĩ) spectat: ut ne possit quidẽ aliqd agere tãtũ unũ: ĩ plura uero nõ eodẽ die mõ: sed eodẽ tẽporis momẽto: uim suam ĩpendat. An uero citharœdi nõ simul & memoriæ & sono uocis & pluribꝫ flexibus seruiũt᷑: cũ ĩterĩ alios neruos dextra ꝓcutiũt: alios læua trahũt: continẽt ꝓbãt. ne pes qdẽ ociosus certã legẽ temporꝝ seruat. Et hæc pariter omnia. Quid nos agẽdi subita necessitate deprehẽsi᷑: nonne alia dicimus᷑: alia ꝓuidemus᷑: cũ pariter iuẽtio rerꝝ: electio: uerborꝝ cõpositio: gestus: ꝓnũciatio: uultus: motusq; desideretur. quæ si uelut sub uno conatu tã diuersa parẽt simul: cur non plurimis curis horas ptiamur᷑: cũ præserti reficiat animos: & reparet uarietas ipsa: cõtraq; sit aliquãto difficilius ĩ labore uno ꝑseuerare᷑: Ideoq; & stilus lectiõe reqescit: & ipsius lectiõis tediũ uicibus leuat᷑. Quãlibet multa egerimus: quodã tamẽ mõ recẽtes sumus ad id quod ĩcipimus. Quis non obtũdi possit: si ꝓ totũ diẽ cuiuscũq; artis unũ magistrũ ferat᷑: mutatiõe recreabitur. sicut ĩ cibis: quoꝝ diuersitate reficit᷑ stomacus: & pluribus mĩore fastidio alitur. aut dicãt isti mihi: quæ sit alia ratio discẽdi: si grammatico soli deseruiamus᷑: deide geometræ tãtũ. Omittamus ĩterĩ quod didicimus: mox transeamus ad musicũ. excidãt priora: & cũ latinis studebimus lr̃is: non respiciamus ad græcas: & ut semel finiã: nihil faciamus᷑ nisi nouissimũ. Cur nõ idẽ suademus agricolis᷑: ne arua simul & uineta & oleas & arbustum colãt᷑: ne patris & manuũ. Nam χειρ χειροσ mãus. νομοσ lex dr̃. Cũ autẽ gestus potissimũ cõsistat in manibus: idcirco lex gesto κατ᾽ ἐξοχην chironõia uocat᷑. Vnde chironomõ Ledã dixit Iuuẽalis. hoc ẽ gesticulatricẽ. Argumẽtũ est sacerdotũ noïe ac reilgiõe: durãs ad hoc tẽpus saltatio. De saliis martis sacerdotibus ĩtel ligamus: Qui ãcilia scuta gestantes ꝓ urbẽ discurrebãt saltantes. Vnde & salii fuere denominati.

Ciceronis ꝓpm

q Væri solet an etiã si dicenda sint hæc. eodẽ tpe tamẽ tradi oïa lta hanc quæstionẽ tractat Fabius: ut colligat nõ obesse: pluribꝫ artibꝫ piter opã ipartiri. nec ob id ĩgenia defatigari. neq; ad hæc ꝓcipiẽda tẽpus deeẽ: mõ recte distribuatur. Alios leua trahũt. cõtinẽt. ꝓbẽt. Probant æ diphtgõgo expũcta legendũ eẽ facile sẽtiet: q citharœdoꝝ non ignorabit morẽ. Deide geometri tãtũ geometre scribẽdũ ẽ: cũ hoc nomẽ priæ sit nõ tertiæ declinatõis. Omit

tamus iterim qđ dicimus. Di syllaba ascribat ut didicimus legat.

At nouiciis nr̃is ꝑ quot annos sermo latinus repugnat? Nouicii dicũt serui nouiter empti κατεξοχήν: nõ qn alie res quoq; nouitiæ nõ dicãt

Nõ sine cã dici παιδομαθεῖσ eos q ĩ sua qdq; arte optime faciãt. παιδομαθεῖσ dicũt: q a pueris aliqd discunt. Cõtra οψιμαθεῖσ q sero discũt appellant

Sed formãdo se tãtũ mõ præstãt. Formandos ꝑ formando legẽdũ esse nemo non uidet. Ergo cũ grãmaticus totũ diẽ occupare non posit nec debeat: ne discentis animũ tedio auertat qbꝫ potius studiis hæc tẽpoꝝ uelut subsidia donabimus? Subsidia q putarũt ascribẽdũ esse atq; succisiua eradẽdũ ignorasse uidentur: Succisiua tempora ea dici ab elegantissimis latinæ lĩguæ auctoribꝫ quæ a peragẽdis necessariis nobis supsunt. Gellius in ultimo. Oĩa succisiua ac secũdaria tẽpora ad colligẽdas huiusmodi memoriaꝝ oblectatiũculas cõferã. Mihi uero succisiua legẽdũ eẽ affirmãti ẽt uetustũ exẽplar accedit. Nã ne ego cõsumi studẽtẽ in his artibus uolo. Aut, clãra est ascribẽda ut nec legatur pecoribus & hortis & aluearibus accõmodẽt curã. Cur ipsi aliqd forẽsibus ne gociis: aliqd desideriis amicoꝝ: aliqd rõibus domesticis: aliqd curæ corporis nõnihil uoluptatibus quotidie damus? quaꝝ nos una res quælibet nihil ĩtermittẽtes fatigaret. Adeo facilius ẽ multa facere q̃ diu. Illud qdẽ mime uerẽdũ ẽ: ne laborẽ studioꝝ pueri difficilius tolerẽt. neque. n. ulla ætas minus fatigatur. mirũ sit forsitan: sed experimẽtis deprehẽdas. Nã & dociliora sũt ĩgenia prius q̃ obduruerũt. id uel hoc argumẽto patet: quod intra biẽniũ q̃ uerba recte formare potuerũt: q̃uis nullo ĩstãte oĩa fere loquunt. at nouiciis nostris ꝑ quot annos sermo latinus repugnat. magis scias si quẽ iã robustũ ĩstituere lr̃is cœperis: nõ sine cã dici παιδομαθεῖσ eos: q ĩ sua qdq; arte optime faciãt. Et patiẽtior ẽ laboris natura pueris iuuenibus: uidelicet ut corpora ĩfãtiũ: nec casus quo ĩ terrã totiens deferunt: tã grauiter affligit: nec illa ꝑ manus & genua reptatio: nec post breue tẽpus cõtinui lusus & totius diei discursus: quia pondus illis abest: nec se ipsi grauãt: sic animi quoq;: credo qa mĩore cõatu mouẽtur: nec suo nixu studiis ĩsistũt: sed formãdos se tãtũ mõ præstãt: nõ similr̃ fatigant. Præterea secũdũ aliã ætatis illius facilitatẽ uelut simplicius docẽtes sequunt: nec quæ iã egerĩt metiunt. Abest illis ẽt adhuc laboris iudiciũ. porro ut frequẽter expti sumus: minus afficit sẽsus fatigatio. q̃ cogitatio. Sed ne temporis qdẽ unq̃ plus erit: qa his ætatibus oĩs ĩ audiẽdo ꝑfectus ẽ. Cũ ad stilum secedet. cũ generabit ipse aliqd atq; cõponet: tũ ĩcohare hæc studia uel nõ uacabit: uel nõ libebit. Ergo cũ grãmaticus totũ diẽ occupare nõ possit: nec debeat: ne discẽtis animũ tedio auertat: qbus potius studiis hæc tẽpoꝝ uelut subsidia donabimus. Nã nec ego cõsumi studẽtẽ ĩ his artibus uolo. nec moduletur aut musicis notis cantica excipiat. nec utiq; ad minutissima usque geometriæ opa descẽdat. nõ comœdũ ĩ ꝓnunciãdo: nec saltatorẽ ĩ gestu facio: quæ si oĩa exigerẽ: suppeditabat tamẽ tẽpus. lõga ẽ. n. quæ discit ætas. & ego nõ de tardis ĩgeniis loquor. dẽiq; cur ĩ his oĩbus: quæ discẽda oratori futuro puto: emiuit Plato. q nõ cõtẽtus disciplis q̃s præstare poterãt Athenæ: nõ pithagoreoꝝ ad quos in italiã nauigauerat: ægypti quoq; sacerdotes adiit: atque eoꝝ archana ꝑdidicit. Difficultatis patrocinia prætexim⁹ segniciæ. Neq; enim nobis opis amor ẽ: nec qa sit honesta atq; reꝝ pulcherrima eloquẽtia: petitur ipsa: sed ad uilẽ usũ & sordidũ lucrũ accĩgimur. Dicãt sine his ĩ foro multi & acqrant: dũ sit locupletior aliq̃s sordidæ mercis negociator: & plus uoci suæ debeat præco. ne uelĩ qdẽ lectorẽ dari mihi: qd studia referant cõputaturum. Qui uero imaginẽ ipsã eloquẽtiæ diuina quadã mẽte cõceperit: qq; illã: ut ait Sophocles nõ ignobilis tragicus) reginã reꝝ orationẽ ponet ante oculos: fructũq; nõ ex stipe aduocationũ: sed ex aĩo suo & contẽplatione ac scĩa petet: ꝑpetuũ illũ nec fortunæ subiectũ: facile psuadebit sibi: ut tẽpora quæ spectaculis: campo: tesseris: ociosis: deniq; sermõibus: ne dicã sõno & cõuiuioꝝ mora cõterũt: geometræ potius ac musico ĩpendat: q̃to plus delectatiõis habiturus: q̃ ex illis ĩeruditis uoluptatibus. Dedit. n. hoc ꝓuidẽtia hoĩbus munus: ut honesta magis iuuarẽt. Sed nos hæc ipsa dulcedo lõgius duxit. Hactenus ergo de studiis: quibus: ante q̃ maiora capiat: puer instituendus est. Proximus liber uelut nouum sumet exordium: & ad rhetoris officia transibit.

aut quidem particula ut sit. Nam ne ego quidem consumi. Longa est enim quae dicit aetas. Discit legendum esse facile est uidere. Ne fortunae subiectum. Nec littera. Gascripta legendū est. Geometriae potius ac musico impendat. i uocali expuncta geometrae legatus. geometra dicitur qui geometriae peritus est: ut musicus qui musicen profitetur. Et ad rhetoricis officia transibit. Pro rhetoricis legendum esse rhetoris patet.

Raphaelis Regii in deprauationes secundi Quintiliani de oratoria institutione libri annotationes.

M. Fabii Quintiliani de institutiõe oratoria Liber Secūdus

Quando Rhetori sit tradēdus puer.

Enuit cõsuetudo. quae quotidie magis iualescit: ut praeceptoribus eloquētiae latinis quidē semp: sed etiā graecis iterī discipuli serius q̄ ratio postulat: traderent. Eiusrei duplex ē cā: q̄ & rhetores utiq; nostri suas ptes omiserūt: & grāmatici alienas occupauerunt. Nam illi declamare modo & scīam declamādi ac facultatē tradere officii sui ducūt: idq; in tra deliberatiuas iudicialesq; materias. nā cætera. ut ꝓfessiõe sua minora. despiciūt. Et hi nō satis credūt excepisse: quae derelicta erāt. quo noie gratia quoq; his habenda ē: sed ad ꝓsopopœias usq; & ad suasorias: in quibus onus dicendi uel maximū est: irrūpūt. hic ergo accidit: ut quae alterius artis prīa erant opera: facta sint alterius nouissima: & aetas altioribus iam disciplinis debita in schola minore subsidat: ac rhetoricen apud grāmaticos exerceat. Itaq; quod est maxime ridiculum: non ante ad declamādi magistrum mittendus uidetur puer: q̄ declamare iam sciat. Nos suū cuiq; ꝓfessioni modum demus: & grāmatice quam in latinum transferentes litteraturam uocauerunt: fines suos norit praesertim tātum ab hac appellatiõis suae paupertate: itra quā primi illi constiterē: prouecta. Nam tenuis a fonte assumptis poetarū & historicorumq; uiribus: pleno iā satis alueo fluit: cū praeter rationē recte loquēdi non parum alioqui copiosam: ꝓpe omniū maximarum artiū scientiā amplexa sit: & rhetorice cui nomen uis eloquēdi dedit: officia sua nō detractet: nec occupari gaudeat ptimentem ad se laborem: quae dū opere cædit: iā

t Enuit consuetudo. Prologū q̄maxime accommodatū secundo uolumini Fabius praeponit: i quo differit & quousq; grammatici officium extendatur: & unde rhetori in instituendis iuuenibus sit inchoandū: & quādo futurus orator rhetori sit tradēdus.

Nā cætera ut professione sua minora despiciūt. Cætera accipiamus demōstratiuas materias. cōmunes locos. quaestiones ifinitas: quae theseis graece dicuntur. prosopopœias ac reliq̄ progymnasmata. Sed ad ꝓsopopœias usq; & suasorias. Prosopopœia fictio personae dicit. Hic autē prosopopœias accipimus orationes alicui pro dignitate personae accommodatas. De quibus ipse intertio sic inquit. Ideoq; longe mihi uidentur difficillimae prosopœiae: in quibus ad reliquum suasoriae laborē accedit etiā personae difficultas. Nam illud idē aliter Caesar aliter Cicero. aliter Cato suadere debebit. Vtilissima uero haec exercitatio: uel quod duplicis est operis: uel quod poetis quoq; ac historiarum quoq; futuris scriptoribus plurimū cōfert. uer & oratoribus necessaria. Hinc ergo accidit: ut quae alterius artis prima erāt opera: facta sint alterius nouissima. Progymnasmata accipiamus quae prima solebant esse rhetorices opera. nunc qa a rhetoribus sunt derelicta & a grāmaticis occupata: ultima grammatices sunt facta. Et grāmatice quā in latinum transferētes litteraturā uocauerūt. ἀπο τῶν γραμμάτων hoc est a litteris deducitur grāmatice. Vnde & litteratura interpretatur & grāmatici litteratores dicuntur.

Nam ut scribit Suetonius: appellatio grammaticorum graeca cōsuetudine inualuit: sed initio litterati uocabantur. Cornelius quoq; Nepos libello quo distinguit litteratum ab erudito: litteratos quidem uulgo appellari ait eos: qui diligenter & acute scienterq; possint aut dicere aut scribere. Cæterum proprie sic appellādos poetarum interpretes qui a graecis grammatici nominentur. Eosdem litteratores uocitatos Messala Corui/nus in quadam epistola ostendit: non esse sibi dicens rem cum furio Bibaculone cum sigida quidem aut litteratore Catone. Significat enim haud dubie Valerium Catonem poetam simul grammaticumque notissimum. Sunt qui litteratum a litteratore distinguāt: ut graeci grammaticum a grammatista: ut illū quidem absolute: hunc mediocriter doctum existiment. quoq; opinionem Orbilius etiam exemplis confirmat. Nanque apud maiores ait cum fonidia alicuius uenalis produceretur: non temere quem litteratum in titulo sed litteratorem inscribi solitum esse: quasi non perfectum litteris sed immutum. Haec tranquillus. Et rhetorice cui nomen uis eloquendi dedit officia sua non detrectet. Thetorice ἀπο του ῥεῖν quod fluere atq; eloqui significat: deriuatur. Idem ait Cicero in oratore. Sed & graece ab eloquēdo rhetor & latine eloquens est

Litterati.

dictus. Quæ rhetorice præcepit. Verbi huius secunda a fine i littera scribēda est, ut presentis sit temporis. Nam si grammatices munus usq; ad persuasorias prorogatur, Per syllabam eradēdam esse facile uidebit qui quid inter Suadere ac psuadere iterſit: nō ignorabit. Et suadere quidem est in actu, persuadere aūt in effectu. Suasoriæ uero dicuntur declamationes in deliberatiuo genere habitæ: cuius partes sunt suasio ac dissuāsio. Quod autem prisci grammatici etiam rhetoricā docerēt: Suetonius quoq; testis est. Sic enim scribit. Veteres grammatici & rhetoricam docebant ac multorum de utroq; aperte commentarii feruntur. Secūdum quam consuetudinem posteriores quoq; existimo, q̄q̄ iam discretis ꝑ fessionibus: nihilominus uel retinuisse uel instituisse & ipsos quædā genera institutionū ad eloq̄ntiā præparandā ut problemata, paraphrasis, allocutiōes, ethologias atq; alia hoc genus: ne scilicet sicci omnino atque aridi pueri rhetoribus tradērētur. Si rhetor prima operis sui officia non recusat: a narratiōibus statim & laudandi uituperandiq; opusculis cura eius desiderat. Narratio ac laudandi uituperandique ratio inter prima numerantur ꝑ gymnasmata: in quibus discipuli prius a rhetoribus exercebantur: q̄ ad declamandum in suasoriis iudicialibusue materiis admitterentur. Hoc idem autem & Suetonius in libello de claris rhetoribus scribit. Sed ratio docēdi īquit nec una omnibus nec singulis eadem semper fuit quando uario modo discipulos quisq; suos exercuerunt. Nā & dicta præclara ꝑ omnes figuras, per casus, & apologos aliter atq; aliter exponere, & narrationes tū breuiter ac presse tum latius & uberius explicare consuerunt. Interdum græcorum scripta conuertere ac uiros illustres laudare uel uituperare. Quædam etiam ad usum communis uitæ instituta tum utilia & necessaria tum pernicioſa & superuacanea ostendere. Sæpe fabulis fidem firmare aut demere: quod genus thesis & ἀναϲκευαϲ & κατα ϲκεγαϲ græci uocāt donec sensim hæc exoluerunt & ad controuersias uentum est. Vt thesis dicerent & communes locos. Quas nunc declamationes uocamus Seneca ait ante Ciceronem Thesis fuisse uocatas, mox declamationes & controuersias iudiciales uel suasorias cœpisse nominari. Thesis autem apud græcos multa significat. Interdum enim thesis dicitur subabsurda opinio alicuius eorum qui in philosophia clari habentur, ut Antisthenis contradictionem nō esse: A philosophastris positio transfertur. Interdum thesis pro situ loci ponitur. Thesis etiam est disceptatio alicuius rei sine circunstātiis: quæ a nobis quæstio appellatur. Quales hæ sunt. Vtrum sit ducēda uxor. Vtrum nauigandum. Vtrum sit administranda respu. Loci uero communes dupliciter accipiuntur. Nam locus communis interdum est oratio amplificatiua bonorum malorumue quæ alicui inesse dicuntur. Ideo autem locus communis dicitur: quod omnibus: qui iisdem bonis malisue prædīti sunt cōmunis sit. Huiusmodi uero cōmunes locos in uitia duntaxat esse directos Fabius cum Cicerone sentire uidetur. Alii uero ut Aphthonius ad uirtutes quoque posse referri putant. Interdum locus communis dicitur quæstio generalis tractata & affirmatiue & negatiue. Vt testibus credendum esse. Testibus credendum non esse. Idcirco autem communis dicitur: quod utrique parti & affirmanti & neganti communis ſit. Qua in parte nescio an sit plurimum. Magnum momentū in narratione consistere certum est. Frustra, in reliquis laborabimus: si in narratione defecerimus.

pene possessione depulsa est. Nec inficiabor aliquem ex his: qui grammaticen ꝑfiteantur: eo usq; scientiæ progredi posse: ut adhec quoq; tradenda sufficiat. Sed cum id aget: rhetoris officio fungetur non suo. Nos porro quærimus: quando iis, quæ rhetorice præcipit percipiendis puer maturus eē uideatur. In quo quidē non id est æstimandum: cuius quisq; sit ætatis: sed quantum in studiis iam effecerit. Et ne diutius differam: quando sit rhetori tradendus: sic optime finiri credo: cum poterit. Sed hoc ipsum ex superiore pendet quæstione. Nam si grammatices munus usque ad suasorias ꝯ quæ sunt apud rhetorē materiæ inter rudimēta dicendi ꝯ prorogatur: tardius rhetore opus ē. Si rhetor prima officia operis sui non recusat: a narratiōibus statim & laudādi uituperādiq; opusculis cura eius desideratur. An ignoramus antiquis hoc fuisse ad augendam eloquentiam genus exercitationis: ut thesis dicerent: & cōmunes locos: & cætera citra complexum rerū psonarumq;: quibus ueræ fictæq; controuersiæ continētur? Ex quo palam est: q̄ turpiter deserat eam partem rhetorices institutio: quā & primā habuit & diu solam. Quid autē ex iis de quibus supra dixi: q̄ non tum in alia, quæ sunt rhetoꝝ propria: tum certe in illud iudiciale cause genus incidat? an non in foro narrandum est? qua in parte nescio an sit uel plurimum. nōne laus ac uituperatio certaminibus illis frequenter inseritur? Num cōmunes loci? siue qui sunt in uitia directi: quales legimus a Cicerone compositos: seu quibus quæstiones generaliter tractantur: quales sunt editi a Quinto quoq; Hortensio: ut sit ne paruis argumentis credendum: & ꝑ testibus & in testes in mediis latiū medulis uersanē? Aram

Thesis

sūt hæc quodāmodo præparāda sēper: ut iis cum res poscat utaris. Quæ q̄ ptinere ad orationē nō putabit: is ne statuā qdē cohari credet: cum eius mēbra fundent. Neq; hāc: ut aliq putabūt: festinationē meā sic q̄sq̄ calūniet: tāq̄ eū q sit rhetori tradēdus abducendū ptinus a grāmaticis putem. Dabunt illi tum quoq; tpa sua. neq; erit uerēdum ne binis præceptoribus oneret puer. Nō. n. crescet: sed diuidet: q sub uno miscebatur labor: & erit sui q̄sq; opis magister utilior: quod adhuc optinent græci: & latinis omissum ē. Et fieri uidet excusate: quia sunt qui labori isti successerit.

De moribus & officiis præceptoris.

Rgo cū ad eas i studiis uires puenerit puer: ut quæ prima eē præcepta rhetoꝛ diximus: mēte cōsequi possit: tradēdus eius artis magistris erit. Quoꝛ in primis inspici mores oportebit. quod ego non iccirco potissimū in hac parte tractare sum aggressus: qa non in cæteris quoq; doctoribus idē hoc examinandū q̄diligentissime putē: sicut testatus sum libro priore: Sed q; magis eius rei necessariā mentionē facit ætas ipsa discentiū. Nā & adulti fere pueri ad hos præceptores transferuntur: & apud eos iuuenes etiam facti pseuerāt. Ideoq; maior adhibēda tū cura ē: ut teneriores annos ab iniuria sānctitas docētis custodiat: & ferociores a licētia grauitas deterreat. Neq; uero satis ē: summā præstare abstinētiā: nisi disciplinæ seueritate cōueniētiū quoq; ad se mores astrinxerint. Sumant igitur ante omnia parētis erga discipulos suos animum: ac succedere se i eorum locū a quibus sibi liberi tradantur existiment. Ipse nec habeat uitia nec ferat. non austeritas eius tristis. non dissoluta sit comitas: ne inde odium: hinc contemptus oriatur. Plurimus ei de honesto ac bono sermo sit. Nam quo sæpius monuerit: hoc rarius castigabit. minime iracundus: non tamen eorum quæ emendanda erunt dissimulator. simplex in docendo. patiens laboris. assiduus potius quā immodicus. interrogantibus libenter respondeat. non interrogantes percontetur ultro. in laudandis discipulorum dictionibus nec malignus nec effusus: quia res altera tedium laboris: altera securitatem parit. In emendando quæ corrigenda erunt: non acerbus minimeque contumelios⁹. Nam id quidem multos a proposito studendi fugat: quod quidam sic obiurgant: quasi oderint. ipse aliquid immo multa quotidie dicat: quæ secum audita referant. Licet enim satis exemplorum ad imitandum ex lectione suppeditet: tamen uiua illa (ut dicitur) uox alit plenius: præcipueq; præceptoris: quem discipuli (si modo recte sunt instituti) & amant & uerentur. Vix autem dici potest quanto libentius imitemur eos quibus fauemus. Minime uero permittenda pueris: ut fit apud plerosq; assurgendi exultandique in laudando lætitia. Quin etiam iuuenum modicum esse: cum audient: testimonium debet. Ita fiet ut ex iudicio præceptoris discipulus pendeat: atq; id se dixisse recte: quando ab eo probabitur: credat. Illa uero uitiosissima: quæ iam humanitas uocatur: inuicem qualiacunque laudandi: cum est indecora & theatralis & seuere institutis scholis aliena: tum studiorum pernicios⁹issima hostis. Superuacua enim uidentur cura ac labor parata: quicquid effuderint laude. Vultum igitur præceptoris intueri: tam qui audiunt debent: q̄ ipse qui dicit. Ita. n. probanda atq; improbanda discernent. sic stilo facultas continget: audi-

Neq; erit uerēdū ne binis præceptoribus oneret puer. Binis præceptoribus ita dictū est: ut dicimus binos cōsules olim Romæ creatos. hoc est singulis ānis duos.

Rgo cū ad eas. Demoribus & officio rhetoris: hoc loco ita disserit Fabius: ut ipē iregerimus fuisse uideat.

Quoꝛ i primis ispici mores oportebit. Iustinianus de pfessoribus & medicis libro decimo codicis. Magistros iqt studioꝝ doctoresq; excellere oportet moribꝰ primū. deīde facūdia. lōq; maior adhibēda tamē cura ē. Tū loco tamē sēsus exigit sicq; emēdate iqbusdā legit exēplaribꝰ. Nisi disciplinæ seueritate cōueniētiū quoq; ad se mores astrinxerit. hoc ē. nisi cōueniētiū ad se discipuloꝝ mores seueriorꝝ auctoꝝ lectōe cohibuerit: ne sint aut lasciui aut feroces. Quod qdē sic obiurgāt. Quidāle gēdū est. nō quidē.

Minime uero pmittēda pueris: ut fit apud plerosq; assurgēdi exultādiq; lætitia. Emēdate i qbusdā exēplaribꝰ legit licētia: quæ in malā fere accipit pte. Terētius Deteriores oēs sumus licētia. Supuacua n. uidēt cura ac labore pata qcqd effuderint laude. Labor .e. uocali erasa: ut nominandi sit casus legatur.

tioni iudiciũ. At nũc ꝓni atq; succincti ad oẽm clauſulam nõ aſſurgũt modo uerũ ẽt excurrũt: & cũ idecora exultatiõe cõclamãt. Id mutuũ ẽ: & ibi declamationis fortuna. Hĩc tumor & uana de ſe ꝓſuaſio uſq; adeo: ut illo diſcipulorꝝ tumultu iflati: ſi parum a præceptore laudẽtur: ipſi de illo male ſentiant: ſed ſe quoq; præceptores ĩtẽte ac modeſte audiri uelit. Non enim iudicio diſcipulorum dicere debet magiſter: ſed diſcipuli magiſtri. Q uin ſi fieri põt ĩtendendus animus ĩ hoc quoque ut ꝓſpiciat: quæ qſq; & quomodo laudet: & placere quæ bene dicet: nõ ſuo magis q̃ eorꝝ noĩe delectetur: qui recte iudicabunt. Pueros adoleſcentibus ſedere permixtos non placet mihi. Nã etiã ſi uir talis: qualem eẽ opertet ſtudiis moribuſq; præpoſitum: modeſtam habere põt etiã iuuẽtutẽ: tamen uel ifirmitas a robuſtioribus ſeparãda eſt: & carẽdũ nõ ſolũ crimĩe turpitudinis: uerum etiã ſuſpicione. Hæc notãda breuiter exiſtimaui. nam ut abſit ab ultimis uitiis ipſe præceptor ac ſchola: ne præcipiẽdũ qdem credo. Ac ſiquis ẽ q flagitia manifeſta ĩ deligendo filii præceptore non uitet: Iam hic ſciat: cætera quoq; quæ ad utilitatẽ iuuẽtutis cõponere conamur: ſibi eẽ hac ꝑte omiſſa ſupuacua.

Vſq; adeo ut illos diſcipulorũ tumultu iflati. Illo lĩa s eliſa & cõ ſyllaba aſcripta cõdiſcipulorꝝ eſt legẽdũ. Qualẽ eẽ oportet ſtudiis moribuſq; ꝓpoſitũ. Præpoſitum ut præfectũ ſine controuerſia legendũ eſt. Et carendum non ſolũ crimine turpitudinis uerum etiam ſuſpicione. Hoc de Cæſare ſumptum eſt dictum: qui ĩterogatus cur Pompeiã uxorem dimiſiſſet: quæ a Clodio adulterata dicebatur: cum iuraſſet ſe nihil eorꝝ: quæ clodio obiicerent: deprehendiſſe. quia (reſpõdit) uolo meos nõ ſolum crimine: ſed etiã crimĩnis ſuſpicione carere. Ac ſchola. Diſcipuli. cõtinens. n. ꝓ contento per metonymian ſæpenumero ponitur.

Vide de Cæſare

n E illorũ qdẽ ꝓſuaſio ſilentio trãſeũda ẽ: q etiam cum idoneos rhetori pueros putauerunt: nõ tamen cõtinuo tradendos eminentiſſimo credunt. Sed apud minores aliq̃diu detinent: tanq̃ ĩſtituẽdis artibus magis ſit apta mediocritas præceptoris: cũ ad ĩtellectum atq; imitationem facilior: tũ ad ſuſcipiendas elementorũ moleſtias minus ſuperba. Q ua in re mihi nõ arbĩtror diu laborãdũ: ut oſtẽdã quãto ſit melius optimis imbui: quanta ĩ eluendis quæ ſemel ĩſederĩt uitiis difficultas cõſequat̃: cum gemiatum onus ſuccedẽtes promat. Et quidem dedocẽdi grauius ac prius q̃ docendi. Propter quod Timotheum clarꝝ ĩ arte tibiarũ ferunt duplices ab his quos alius ĩſtituiſſet: ſolitum exigere mercedes: q̃ ſi rudes traderentur. Error tamen eſt ĩ re duplex: unus ꝙ iterim ſufficere illis mĩores exiſtimãt: & bono ſane ſtomacho contẽti ſunt. Q uæ q̃q̃ & ipſa reprehẽſione digna ſecuritas: tamẽ eẽt utcunq; tolerabilis: ſi eiuſmodi præceptores minus docerent: non peius. Alter error ille ẽt frequẽtior: ꝙ eos q ampliorem dicendi facultatem ſint cõſecuti: nõ putãt ad mĩora deſcendere. Idq; interim fieri: qa faſtidiant præſtare hãc iferioribus curã: ĩterim qa oĩo non poſſit. Ego porro eum qui nolit ĩ numero præcipientium nõ habeo. poſſe ãt maxĩe ſi uelit optimum quẽq; cõtendo: primũ ꝙ eum q eloquentia cæteris præſtet: Illa quoque ꝑ quæ ad eloquentiam puenit̃: diligentiſſime ꝓcepiſſe credibile eſt. Deinde quia plurimum in præcipiendo ualet ratio: quæ doctiſſimo cuiq; pleniſſima eſt. poſtremo qa nemo ſic ĩ maioribus eminet: ut eum minora deficiãt: niſi forte Iouem quidem Phidias optime fecit. Illa autem quæ in ornamẽtum eius operis accedunt: alius melius laboraſſet. aut orator loqui neſciet. aut leuiores morbos curare non poterit præſtantiſſimus medicus. Q uid ergo? non eſt quædam eloquẽtia maior: q̃ ut eam intellectu conſequi pueriis infirmitas poſſit? Ego uero confiteor: ſed hunc diſertum præceptorem prudẽtem quoq; & non ignarum docẽdi eſſe oportebit: ſubmittẽtem ſe ad menſuram diſcentis. ut uelociſſimus qs ſi forte iter cum paruulo faciat: det manũ & gradum ſuum minuat: nec ꝓcedat ultra q̃ comes poſſit. Q uid? ſi

E illorũ qdẽ ꝓſuaſio ſilentio tranſeunda eſt. Manifeſte colligit Fabius eminentiſſimo rhetori pueros ſtatim eſſe tradendos. Hinc uero quæſtionẽ adeo aperte Fabius tractat: ut nihil in hoc capite fere eſſe uideat̃ quod idigeat enarratõe.

plerũq; accidit:ut faciliora ſint ad ītelligẽdum & lucidiora multo: quæ a doctiſſimo quoq; dicuntur? Nam & prima eſt eloquentiæ uirtus perſpicuitas:& quo qſq; ingenio minus ualet:hoc ſe magis attollere & dilatare conatur:ut ſtatura breues in digitos eriguntur & plura infirmi minantur. Nam & tumidos & corruptos & tinnulos & quocunq; alio cacozeliæ genere peccãtes:certum habeo:non uirium ſed infirmitatis uitio laborare:ut corpora non robore: ſed ualetudine inflantur:& recto itinere lapſi plerunq; diuertunt. Erit ergo etiam obſcurior:quo quiſq; deterior. Non excidit mihi ſcripſiſſe me in libro priore:cum potiorem in ſcholis eruditionem eſſe, q̃ domi dicerem:libentius ſe prima ſtudia teneroſq; profectus ad imitationem cõdiſcipulorum:quæ facilior eſſet:erigere. Quod a quibuſdam ſic accipi põt:tanq̃ hæc quam nunc tueor: ſentẽtia priori diuerſa ſit. Id a me procul aberit. nanq; ea cauſa uel maxima ẽ: cur optimo cuiq; præceptori ſit tradendus puer: quod apud eum diſcipuli quoq; melius inſtituti:aut dicent quod inutile non ſit imitari:aut ſiquid errauerint:ſtatim corrigentur. At indoctus ille etiã probabit fortaſſe uitioſa:& placere audiẽtibus iudicio ſuo coget. ſit ergo tam eloquentia q̃ moribus præſtantiſſimus: qui ad phœnicis homerici exemplum dicere ac facere doceat.

De primis apud rhetorẽ exercitationibus.

h Inc iã quas primas ī docendo partes rhetorum putẽ trade/re īcipiã dilata parump illa:quæ ſola uulgo uocaẽ arte rhetorica. ac mihi opportunus maxime uideẽ īgreſſus ab eo: cuius aliqd ſimile apud grãmaticos puer didicerit. Et qa narrationũ: excepta qua ī cauſis utimur:tres accepimus ſpecies. fabulã:quæ uerſaẽ ī tragœdiis atq; carminibus:non a ueritate modo:ſed etiam a forma ueritatis remotã. Argumẽtũ:quod falſũ:ſed uero ſimile comœdiæ fingũt. Hiſtoriã ī qua ẽ geſtæ rei expoſitio. grãmaticis ẽt poeticas dedimus. apud rhetorẽ initiũ ſit hiſtorica tãto robuſtior: quanto uerior. Sed narrãdi qdẽ. quæ nobis optima rõ uideaẽ: demõſtrabimus:cũ de iudiciali pte dicemus. Interi admonere illud ſat eſt:ut ſit ea nec arida ꝓrſus:nec ieiuna. Nã qd opus erat tantũ ſtudiis laboris impẽdere:ſi res nudas atq; ĩornatas īdicare ſatis uideret? ne q̃ rurſus ſinuoſa & accerſitis deſcriptiõibus:ī quas pleriq; imitatione poeticæ licẽtiæ ducũtur:laſciuiat. uitiũ utrũq;:peius tamẽ illud. quod ex ĩopia:q̃ quod ex copia uenit. Nam in pueris oratio pfecta nec exigi nec ſperari põt. melior aũt ẽ īdoles læta:generoſiq; conatus:& uel plura iuſto cõcipiẽs interi ſpiritus. nec unq̃ me ī his diſcẽtis animus offẽdat:ſiqd ſupfuerit. qn ipſis doctoribus hoc ẽẽ curæ ueli:ut teneras adhuc mẽtes more nutricũ molius alãt:& ſatiari ue luti quodã iucũdioris diſciplinæ cibo lacteq; patiantur. Erit illud plenius īteri corpus:qd mox adulta ætas aſtringat. Hic ſpes roboris. Maciẽ nãq; & īfirmitatẽ ī poſterum minari ſolet protinus oĩbo mẽbris expreſſus ĩfans. Audiat hæc ætas plura & iueniat: & iuẽtis gaudeat:ſint licet illa nõ ſatis ſicca īteri ac ſeuera. Facile remedium

Nam tumidos & corruptos & tinnulos & quocũq; alio cacazeliæ genere peccantes. Tinnuli dicunt quorum ſermo tinnitum quendam imitatur a tinniendo dicti. κακοζηλεῖα autem latine dicit affectatio. ad uerbum autem tranſfertur prauа æmulatio. Aut ſiquod errauerint:ſtatim corrigentur. Siquid mihi legendum uidetur. Qui ad Phœnicis Homerici exemplum dicere ac facere doceat. Phœnix Amyntoris fuit filius ut in octauo iliados ſcribit Homerus: Achillẽ tanq̃ pater inſtituit:eumq; & facere & dicere docuit. Sic enim inquit Homerus. μυθων τε ῥητηρε μεναι πρηκτηρα τε εργων.

Incipiã quas primas ī h docẽdo partes rhetorem putem tradere incipiam. Rhetoꝛ legendũ eſſe nemo dubitat. At mihi opportunus. Ac per. c. legendum eſſe ex eo perſpici poteſt quod Ac ſenſuum principiis elegãter apponit. At uero non ita:niſi cum ſu pioribus aduerſat. Apud rhetorem initium ſit hiſtorica. Proponebantur pueris hiſtoriæ:quas elegãter ſtilo conſequerẽtur. Nã quod opus erat. Quid legendum eſſe nemo nõ uidet. Neq; rurſus ſinuoſa. Sinuũ ac diuerticulorum plena. Sinuoſa enim illa dicitur narratio quæ multas digreſſiões admittit:quales ſunt fere Ouidii fabularum narrationes.

Laſciuiant n littera expũcta laſciuiat legatur:ut ad hiſtoricã narrationem referatur. Nec unq̃ me in his diſcẽtis aĩus offendat ſiqd ſupfuerit:Sẽſus ītegritas nõ ut aĩus ſed ut ānis legat:expoſcit. Quod. n. pueris pmittit:grãdioribꝰ natu denegaret. Hinc ſpes roboris in aciẽ. deprauatus ẽ hic locus ꝓpter male adhibitã diſtinctionẽ. Nõ. n. in aciẽ ſed Maciẽ:quod qdẽ eſt initiũ ſeuſus eſt legẽdum hoc modo

Maciē nanq; & infirmitatem.

Erit aūt si nō ab initio tenuē mimū laminā duxerimus. Nimiū legēdū eē apte ex sēsu pcipiē. Est āt a uasculoꝝ sculptoribus similitudo sumpta. Laminæ enim nimiū tenues si sculpāt: facile ꝑforant. Iucundus ergo tamē maxie. Tū loco tamē ē legēdū.

Circūlatoriæ iactationis est. circulatoriæ m littera expūcta legat. Circulatores. n. dicunt q̄ i corona multitudinis ī aliq̄ artem iactāt ut Herbariiatque hoc gēus hoies solēt. Et i uere cūdia frōs. Inuerecūdalegendū eē etiā pueri uidēt. Neq; a nobis. In decīo plenissime docet: q̄ rōe copia orōis facilitasq; sit parāda. In hoc assuescat: ut recte scribat. Quod ανασκεῦη & κατασκεῦη. Ad uerbū ανασκεῦη destructio trāsīert. κατασκεῦη āt cōstructō. Merito uero hæc progymnasmata narrationē subsequuntur.

Quæ eni narratōe exposuimus: ea aut cōfirmatione approbari aut cōfutatōe destrui possunt. An si credibile. Sit legatur non si

ē ubertatis. sterilia nullo labore uīcunt. Illa mihi in pueris natura mimū ꝑfecerit: ī qua ingeniū iudicio præsumit. Materiam eē primū uolo uel abūdātioré: atq; ultra q̄ oporteat fusā. multū ide decoquent anni: multū ratio limabit: aliquid uelut usu ipso deteret. Sit mō unde excidi possit: & quod exculpi. Erit aūt si nō ab initio tenuē nimiū laminā duxerimus: & quā cœlatura altior: rūpat. Quod me de his ætatibus sētire minus mirabit: qui apud Ciceronē legerit. Volo. n. se efferat ī adolescēte fecūditas. Quapropter ī primis euitādus: & ī pueris præcipue. magister aridus: nō minus q̄ teneris adhuc plātis siccū & sine humore ullo solū. Inde fiūt humiles statim: & uelut ad terrā spectantes: q nihil supra quotidianū sermonē attollere audeāt. Macies illis ꝑ sanitate: & iudicii loco īfirmitas ē: & dū satis putāt uitio carere: ī id ipsū īcidunt uitiū: q; uirtutibus carēt. Quare mihi ne maturitas qdē ipsa festinet: nec musta ī lacu stati austera sint. Sic & annos ferēt & uetustate ꝑficiēt. Ne illud qdē quod admoneamus īdignū ē: īgenia puerorū nimia interī emēdatiōis seueritate deficere. nam & desperāt & dolēt: & nouissime oderunt: & quod maxie nocet. dū oīa timēt: nihil conant: quod ēt rusticis notū ē: qui frōdibus teneris nō putāt adhibēdam eē falcē: quia reformidare ferrū uidētur: & nūdum cicatricē pati posse. Iucundus ergo tum maxie debet eē præceptor: ut remedia quæ alioqui natura sūt aspera: moli manu & leui leniāt. laudare aliqua. ferre quædā. mutare etiam: reddita cur id fiat rōne. illuminare interponendo aliquid sui. Nō nūq̄ hoc quoq; erit utile: totas ipsū dictare materias: q̄s & imitetur puer: & interī tanq̄ suas amet. At si tam negligēs ei stilus fuerit: ut emendationē non recipiat: exptus sū prodesse: quotiens eandē materiā rursus a me retractatam scribere de integro iubere. posse. n. eum adhuc melius quatenus nullo magis studio q̄ spe gaudēt. Aliter aūt alia ætas emēdanda ē: & ꝑ mō uiriū & exigēdū opus & corrigēdū. Solebā ego dicere pueris aliqd ausis licētius aut lætius. laudare illud me. adhuc uēturū tēpus: quo idē nō ꝑmitterē. ita & īgenio gaudebāt: & iudicio nō fallebant. Sed ut eo reuertar unde egressus sū: narratiōcs stilo cōponi: quāta maxia possit: adhibita diligētia uolo. Nam ut primo cū sermo īstituit: dicere quæ audierit: utile ē pueris ad loquendi facultatē. iōq; & retro agere expositionē: & a media ī utrāq; ptē discurrere: sane merito cogant: sed ad gremiū præceptoris. & dū nō possūt: & dū res ac uerba cōnectere īcipiūt: ut ꝑtinus memoriā firmēt: ita cū iā formam recte loquendi & emēdatæ orōis accipiēt. extēporalis garulitas: nec expectata cogitatio: & uix surgēdi mora circūlatoriæ uere iactatiōis ē. Hinc parētū īpitorū inane gaudiū: ipsis uero cōtēptus operis: & īuerecūda frōs: & cōsuetudo pessime dicēdi: & malorū exercitatio: & quæ magnos quoq; ꝑfectus frequenter ꝑdidit: arroggans de se psuasio īnascitur. Erit suū parādæ facilitatis tēpus. neq; a nobis negligenter locus iste trāsibit. Interī satis ē si puer oī cura: & sūmo quātū illa ætas capit: labore aliquid ꝑbabile scripserit. ī hoc assuescat. Huius rei sibi naturā faciat. Ille demū in id quod quærimus: aut ei ꝓximū poterit euadere: q āte discet recte dicere q̄ cito. Narrationibus nō iutiliter subiungit opus destruēdi confirmandiq; eas: quod ανασκεῦη & κάτασκεῦη uocatur. Id porro nō tātū ī fabulosis & carmīe traditis fieri pōt: uerum etiā ipsis annaliū monumētis. ut si quærat. an sit credibile sup caput Valerii pugnātis sedisse coruū: q̄ os oculosq; hostis galli rostro atq; alis euerberaret. Sit ī utranq; partē igens

Hanc autem hiſtoriam Liuius refert libro ſeptimo primæ decadis. Vnde & gens Coruina cognomen traxit.

Vt de ſerpente. Scipio filius eſſe iouis putatus eſt: q̄ mater ipſum ex maximo ſerpente genuiſſe teſtaretur Nā ut in ſeptimo narrat. A. Gellius. Quod de olympia Philippi regis uxore Alexandri matre in hiſtoria græca ſcriptū eſt: idē de. P. Scipionis quoq; matre: qui prior Affricanus appellatus: memoriæ datū eſt. Nā & Oppius & iginus aliiq; qui de uita Africani ſcripſerūt: matrē eius diu ſterilē exiſtimatā credūt. P. Scipionē eū: cū quo nupta erat liberos deſperaſſe. Poſtea in cubiculo atq; in lecto mulieris cū abſent marito cubans ſola obdormiuiſſet: uiſum repēte iuxta ea cubare īgentē anguē: iiſq; qui eū uiderāt Territis & clamātibus elapſū īueniri non q̄ſſe. Lupa autem quæ Romulo ac Remo iſantibus expoſitis ubera p̄buit omni depoſita feritate, atq; egeria nympha cum q̄ noctu cōgredi Numa credebat notiores ſunt: q̄ ut hic debeāt expōi. Nā græcis hiſtoricis. Sic Iuuenalis

Et q̄q̄d græcia mēdax audet in hiſtoria. Argumēto ſūt Herodotus atq; Diodorus qui maxime fabuloſa narrāt. In ipſa uita moris eſt porare. I uocali aſcripta uitia legat ut aperte ex ſequētibus patet. Iuriſperiti an militaris uiri laus maior. Hāc quæſtionē Cicero p̄ mu, ræna elegātiſſime: ut oīa tractat cōtra Seruiū Sulpitiū Iurecōſultum

Quæ uel ad ſuadēdi officiū uel etiam ad iudiciorū diſceptationūq; iuuāt plurimū. loco diſceptationū niſi diſceptationē legamus ac q̄ copulā expūgamus: ſenſus cōfundit. Sic itaq; legat. uel ad iudiciorū diſceptationē iuuāt plurimū. Cur armata apud Lacedæmonios Venus Lactātius li. prīo diuinarū inſtitutionū copioſe narrat: cur armatæ Veneris ſimulacrū poſuerit lacedæmonii. A lacædemoniis inqt didicerat deos ſibi ex euētis fingēr: q cū Meſſenios obſiderēt. & illi furtim deceptis obſeſſoribus egreſſi ad diripiēdā lacædemonē cōcurriſſent: a Spartanis mulieribus fuſi fugatiq; ſunt. Cognitis āt dolis Lacedæmonii ſequebant. His armatæ mulieres obuiā lōgius exierunt: q cū uiros ſuos cernerēt armat̄ ſe ad pugnā: quod putarēt Meſſenios eē corpora ſua nudauerūt. At illi uxoribus cognitis ex aſpectu in libidinē cōcitati: ſicut erāt armari cōmixti ſunt: utiq; p̄miſcue. Nec. n. uacabat diſcernere. Sic iuuenes ab eiſdem ante miſſi cū Virginibus ex quibus ſunt Parthenii nati: p̄pter huius facti memoriam eidem Veneri armatæ ſimulacrū poſuerunt

Et quid ita crederent cupido puer. Crederetur eſt legendum. Cur autem Cupido talis fingatur Propertius lepidiſſime deſcribit.

ad dicendum materia: ut de ſerpente. quo Scipio traditur genitus: & lupa Romuli: & Aegeria Numæ. Nā græcis hiſtoricis plerūq; poeticæ ſimilis eſt licentia. Sæpe etiam quæri ſolet de tempore: de loco. quo geſta res dicitur: non nunq̄ de perſona quoq;: ſicut Liuius frequētiſſime dubitat: & alii ab aliis hiſtoricis diſſentiunt. Inde paulatim ad maiora tendere incipiet. laudare claros uiros: & uituperare īprobos: quod non ſimplicis utilitatis opus eſt. Nanque & īgenium excercetur multiplici uariaq; materia. & animus cōtemplatione recti prauiq; formatur. & multa inde cognitio rerum uenit: exempliſq; quæ ſunt in omni genere cauſarum potētiſſima: iam tum inſtruitur: cum res poſcet uſurus. Hinc illa exercitatio ſubit comparationis. uter melior. uter ue deterior: quæ q̄q̄ uerſatur in ratione ſimili: tamen & duplicat materiā: & uirtutū uitiorumq; non tantum naturam: ſed etiam modū tractat. Verum de ordine laudis contraq;: quoniam hæc tertia rhetorices pars eſt: præcipiemus ſuo tempore. Cōmunes loci de iis loquor: quibus citra perſonas i ipſa uitia moris eſt perorare: ut in adulterum aleatorem. petulantem ex mediis ſunt iudiciis: & ſi reum adiicias accuſationes. q̄q̄ hi quoq; ab illo generali tractatu ad quaſdam deduci ſpecies ſolent: ut ſi ponatur adulter cæcus: aleator pauper: petulans ſenex. habent autem nonnunq̄ & defenſionem. Nam & pro luxuria: & pro amore dicimus. & leno interim paſituſq; defendit: ſic ut non homi patrocinemur: ſed crimini. Theſis autē quæ ſumuntur ex rerū comparatiōe: ut ruſtica ne uita an urbana potior. iuriſperiti: an militaris uiri laus maior: mire ſunt ad exercitationem dicēdi ſpacioſæ atq; uberes: quæ uel ad ſuadendi officium: uel etiam ad iudiciorum diſceptationūq; iuuant plurimum. Nam poſterior ex prædictis locus in cauſa Murenæ copioſiſſime a Cicerone tractatur. Sunt & illæ pene totæ ad deliberatiuū pertinentes genus. ducēda ne uxor. petēdi ne ſint magiſtratus. Namque hæ p̄ſonis modo adiectis ſuaſoriæ erunt. Solebant præceptores mei nec inutili & nobis etiam iucundo genere exercitationis præparare nos coniecturalibus cauſis: cum quærere atque exequi iuberent Cur armata apud Lacedæmonios Venus. & quid ita crederetur. Cupido puer ac uolucer & ſagittis & face armatus: & ſimilia: in q̄bus ſcrutabamur uoluntatē: cuius i controuerſiis

Quicunq; ille fuit puerum qui pinxit amorem
Nonne putas miras hunc habuisse manus.
Hic primum uidit sine sensu uiuere amantes
Et leuibus curis magna perire bona.
Idem non frustra uentosas addidit alas
Fecit & humano corde uolare deum.

Scilicet alterna quoniam iactamur in unda
Nostraq; non ullis permanet aura locis
Et merito hamatis manus est armata sagittis
Et pharetra ex humero gnosia utroq; iacet.
Ante ferit quoniam tuti q̃ cernimus hostem
Nec quisq̃ ex illo uulnere sanus erit.

Quod genus chriæ uideri potest. Quemadmodum nanq; in chria dicti factiue: quod exponitur ratio affertur: sic in huiusmodi quæstiunculis causa: cur res proposita facta sit: explicatur. Nam locos quidem, Iam mihi legendum uidetur loco illius nam: cum nulla causa assignetur: sed sensus duntaxat connectantur.

His uelut emblematis, ornamentis: Sumpta est autem similitudo a uasis: quæ & gemmis & uariis coloribus exornantur, quæ quidē dicuntur emblemata, magis ἀπὸ τοῦ ἐμβάλλειν, hoc est ab iniiciendo. Iniecta nanque & affixa uidentur. Qui etiam in iis, Quin ascripta n litterra mihi legendum uidetur. Cum eo quidem quod uix ullus. Cū particula etsi ī omnibus scripta sit exemplaribus: tamen ut nihil sensui conferens uidetur expungēda, ac magis aduerbium ascribēdum hoc modo. Eo qdē magis. Quod in religionem deum cōpta sit. Comparata hoc est constituta legendum uidetur. Siue non trino forte nundino promulgato. Vt ad legē referatur promulgata est scribendum. Nundinis autem idcirco leges Romæ promulgabantur: ut rusticæ quoque tribus sine incommodo agriculturæ itereſſe possent. Dicitur autem trinum nundinum q; per tres dies nundinæ celebrarentur. Quod legitimis obstet. Legitime p legitimis est legendū.

d Eliberatiuas quoq; miror. De genere ēliberatiuo tā apte ēpi pit Fabius: ut mēdis sublatis nihil expositiōe sit opus. Vt Fœdus Numantinum. iugumq; Caudinum. Notæ sunt historiæ. Nam. C. Hostilius Mancinus in Hispaniam cōsul contra Numantinos missus cū ab hostibus fuisset superatus: iniquissimis cōditionibus fœdus percussit: ut relictis armis atq; impedimētis milites abduceret. Quo quidem fœdere ab senatu improbato: Mācinus hostibus fuit deditus. T. autem ueturius &. A. Posthumius consules cum aduersus Samnites exercitum duxissent: apud Caudinas furcas in insidias a Pontio Herenio hostium duce structas icidērunt: ut e loco undiq; & montibus & hostibus clauso minime egredi possent. Quare ita depacti sunt: ut sub iugum mitterentur: & cum singulis uestibus abirent: Inde uero iugum Caudinum fuit appellatum.

Det haloneſū Philippus an reddat. Halōnesus insula est de qua Athenienses cum Philippo conten derunt. Extat autem Demosthenis oratio quæ περὶ ἁλοννήσου īscribitur contra Philippum. Nam Halōnesus prius fuit ditionis Athenensium. Philippi uero tēporibus a latronibus capta fuit: quos cū expulisset Philippus: repetentibus insulam Athenienſibus: q̄uis nō redderet: quod sui iuris eam diceret eē factam: daturum tamē se pollicet. Suadet igitur Demosthenes Athenienſibus: ut non tanq̄ datā sumāt: sed tanq̄ redditam accipiant. Est. n. de hoc quæstio. Vtrum eam det an reddat Philippus. Quid non illa similis iudicialium quæstio de statua Seruii Sulpitii? In octaua Philippica hæc quæstio a Cicerone tractatur. Nā suadet Cicero ui Seruio Sulpitio qui in legatione ad. M. Antonium mortuus fuerat: statua erigat. P. uero Seruilius sentiebat iis

tantum ſtatuas eſſe ponen-
das qui ferro in legatiõe fu
iſſent interfecti. Vt in He-
lenes laude Iſocrates fece-
rit. De laudibus eloquẽtiæ
ſolum in prohœmio lauda
tionis Helenæ uerba facit
Iſocrates. Et gorgias in
olympico, Orationem cõ-
poſuit gorgias Leontinus
de olympicoꝝ ludoꝝ lau-
dibus qui olympicus uoca
tur panegyricus. An iſth
mos itercidi, Iſthmos dici
tur anguſta terra inter duo
maria ſita. Duo autem ſũt
celebres iſthmi thracius
& Achaicus in quo eſt ur-
bs corinthus. Hunc uero p
fodere ac pontinas paludes
ſiccare ut ſcribit Tranquil-
lus deſtinauit Iulius Cæſar.
Sed mortem præuentus ef
ficere non potuit. Portum
uero hoſtienſẽ perficit Clau
dius cæſar a Diuo quidem
Iulio ſæpius deſtinatũ ſed
propter difficultatem omiſ
ſum circunducto dextra ſi-
niſtraq; brachio: & ad in-
troitum profundo iam ſa-
lo mole obiecta: quã quo
ſtabilius fundaret: nauem
ante demerſit: qua ma-
gnus obeliſcus ex ægypto
fuerat aduectus congeſtiſq;
pilis ſuper poſuit altiſſimã
turrim: in exemplum alexã
drini phari: ut ad noctur-
nos ignes curſum nauigia
dirigerent. An Alexan-
der terras ultra oceanum
ſit inuenturus. Alexander
cum ex ſententia Democri
ti multos eſſe mundos ac-
cepiſſet: cupiditate illos ag-
grediendi flagrare cœpit.
Vnde Iuuenalis. Vnus pel-
leo Iuueni non ſufficit or-
bis. Hinc rhetores ſuaſo-
riæ argumentum ſumpſe-
runt. Diſſuadẽt enim Ale-
xandro: ne oceanum tran-
ſire animum inducat. Fere
autem omnes hanc tracta-
uerunt quæſtionem. Etiã
ſi nauigari poſſet oceanus
nauigandum non eſſe. Hu
ius uero ſuaſoriæ diuiſio-
nes colores multaſque ſen-
tentias Seneca litteris cõ-

Duo Iſthmi

In ſuadẽdo & diſſuadendo tria conſyderant

dum ſit beniuolentiæ. Nec mirũ cũ etiã in panegyricis petatur au-
dientiũ fauor: ubi emolumentũ non utilitate aliqua: ſed in ſola lau
de cõſiſtit. Ariſtoteles quidẽ nec ſine cã putat & a noſtra & ab eius
q diſſentiet: pſona duci frequenter i cõſiliis exordiũ: quaſi mutuan
tibus hæc nobis a iudiciali genere. nõnunq; etiã ut minor res maior
ne uideat. In demõſtratiuis uero prohœmia eẽ maxime libera exi-
ſtimat. Nã & lõge a materia duci hoc: ut in Helenes laude Iſocrates
fecerit. & ex aliqua rei uicinia: ut idẽ in panegyrico conquerit: plus
honoris corporum q̃ animorũ uirtutibus dari. Et Gorgias i olym-
pico laudãs eos q primi tales iſtituerũt cõuẽtus: quos ſecutus uide-
licet Criſpus Saluſtius in bello iugurthino & Catilinæ nihil ad hi-
ſtoriã ptinẽtibus principiis orſus ẽ. Sed nũc ad ſuaſoriã: in qua etiã
cũ phœmio utemur: breuiore tamẽ & uelut quodã capite tantum
& initio debebimus eẽ cõtẽti. Narrationẽ uero nũq̃ exiget priuata
deliberatio eius dũtaxat rei: de qua dicẽda ſnia eſt: qa nemo igno-
rat id de quo cõſulit. Extrinſecus poſſũt pertinentia ad deliberatio-
nẽ multa narrari. In cõcionibus ſæpe eſt etiã illa quæ ordinẽ rei do
cet neceſſaria ad affectus: ut quæq; maxime poſtulabit. Nã & cõci
tanda & lenienda frequẽter ẽ ira: & ad metũ: cupiditatẽ: odiũ: cõci-
liatiõem impellendi animi. Nõnunq̃ etiã mouenda miſeratio ſiue
ut auxiliũ obſeſſis ferat ſuadere oportebit: ſiue ſociæ ciuitatis euer
ſionẽ deflebimus. Valet aũt in cõſiliis auctoritas plurimum. Nam
& prudentiſſimus eſſe haberiq; & optimus debet: qui ſentẽtiæ ſuæ
de utilibus atq; honeſtis credere oẽs uelit. In iudiciis enĩ uulgo fas
habetur indulgere aliqd ſtudio ſuo. cõſilia nemo ẽ q neget ſecundũ
mores dari. Grecoꝝ qdem plurimi omne hoc officiũ cõcionale eſſe
iudicauerunt: & in ſola reipublicæ adminiſtratiõe poſuerũt. Q uin
& Cicero i hac maxime parte uerſatur. Ideoq; ſuaſuris de pace. bel-
lo. copiis. opibus. uectigalibus: hæc duo præcipue nota eſſe uoluit
uires ciuitatis & mores: ut ex natura tũ ipſarũ rerũ: tum audiẽtium
ratio ſuadẽdi duceretur. nobis maior i re uidet uarietas. nam & cõ-
ſultãtium & cõſiliorum plurima ſunt genera. ¶ Q uare in ſuadendo
& diſſuadendo tria primum ſpectanda erunt. Q uid ſit de quo de-
liberet. q ſint q deliberent. q ſit qui ſuadet. Rem de qua deliberatur
aut certũ eſt poſſe fieri. aut icertũ. Si icertum hæc erit quæſtio ſola
aut potentiſſima. ſæpe enĩ accidet ut prius dicamus: ne ſi poſſit qdẽ
fieri: eẽ faciendum. deinde fieri non poſſe. Cum autem de hoc quæ
ritur cõiectura ẽ. an Iſthmos intercidi. an ſiccari palus pontina. an
portus fieri hoſtiæ poſſit. an Alexander terras ultra oceanũ ſit iuen
turus. Sed i his quoq; quæ cõſtabit poſſe fieri cõiectura erit aliquã
do: ut ſi quærat. an utiq; futurũ ſit: ut carthaginẽ ſuperent romani.
ut redeat Hãnibal: ſi Scipio exercitũ i africã tranſtulerit. ut ſeruent
fidẽ ſamnites ſi romani arma depoſuerint. Q uædã & fieri poſſe &
futura eẽ credibile eſt: ſed aut alio tẽpore. aut alio loco. aut alio mõ.
ubi cõiecturæ nõ erit locus: alia ſunt intuenda. Et primũ: aut ꝓpter
ipſam rem de qua ſententiæ rogantur cõſultabitur: aut ꝓpter alias

mendauit. Deliberant patres conscripti an stipendium militi constituant, hoc quoque thema de historia sumptum. Nam ut in quinto narrat T. Liuius: Senatus ad conciliandos sibi plebis animos decreuit: ut miles de publico stipendium acciperet: cum ante id tempus de suo quisque functus eo munere esset. Nihil acceptū unq̄ a plebe tanto gaudio traditur. Concursum itaque ad curiam esse, præhensatasque exeuntium manus & patres uere appellatos. An Fabios dedant gallis bellum minitantibus. Hæc materia declamatoria una cum aliis de quibus hoc loco meminit Fabius de historia sumpta est. Nam Romani ut narrat in quinto Liuius: tres Fabios Clusinorum rogatu: ad regem gallorum legatos miserunt: qui ei denūciarent: ut ab obsidione Clusii abstineret. Is cum superbius respondisset: initū est prœlium: in quo contra ius gentium legati quoque pro Clusinis arma ceperunt atque gallorum regem trucidarunt. Qua reindignati galli recta citato agmine Romam pergentes: apud Alliam fluuiū Romanū exercitum deleuerunt: ac nullis repugnantibus urbem totam præter capitolium occuparunt. Deliberat C. Cæsar an persueret in germaniā ire. Hoc in Cæsaris ipsius commētariis legitur. Quantalibet enim uis ingruat aliquid fortasse pati necesse sit nihil facere. Procul dubio hic aliquid deest: citra quod iteger sensus esse non potest. Ad quod.n. referatur ille infinitus facere: nihil est. Quare mihi tres hæ dictiones forsitan sunt ascribēde: ut legamus nihil facere non sit necesse. Hoc nāque modo & clarus & integer erit sensus. Semper enim aliquid facere possumus: ac si nihil aliud: saltem nos met ipsos uita priuare. Denique non fecerunt saguntini. Saguntinorum fides in populum Romanum notior est: q̄ ut hoc loco sit referenda. Nec in rate opitergina circūuenti. Opitergini ut refert Liuius. C. Cæsaris auxiliares: cum. C. Antonius Cæsaris legitus bello ciuili male cōtra Pōpeianos pugnasset atque in Illirico captus esset: potius q̄ in potestatem hostium ueniret rate sua ab hostilibus nauibus clausa inter se concurrentes gladiis occubuerunt. Si ei qui pater uult fieri liqueat necesse est uxorem esse ducendam. Loco est uerbi esse ut legatur sensus exposcit. hoc modo liqueat necesse esse uxorem esse ducendam. Nemo enim de hoc dubitat: eoque in consultationē non uenit. Tamen apud plerosque earum numerus augetur. Sic quidē legitur. Sed a plerisque fortassis rectius legeretur. Est quidam utile sed difficile, paruum & iniucundū. Quidē legatur ac illa & copula ex

interuenientes extrinsecus causas. propter ipsam deliberant .p.c. an stipendium militi constituant. Hæc materia simplex erit. Accedunt causæ aut faciendi: ut deliberant .p.c. an Fabios dedant gallis bellum minitantibus. aut non faciēdi. deliberat. C. Cæsar: an perseueret in germaniam ire: cum milites passim testamenta facerent. Hæ suasoriæ duplices sunt. Nā & illic causa deliberandi est: q̄ bellum galli minitentur: esse tamen quæstio potest dedendi ne fuerint etiam citra hāc denunciationem: quia contra fas cum legati missi essent prœlium inierit: regemq̄ ad quem mandata acceperant trucidarint. Et hic nihil Cæsar sine dubio deliberet: nisi propter hāc militum perturbationem. est tamen locus quærēdi: an citra hunc quoq̄ casum penetrandum in germaniam fuerit. Sēp autem de eo prius loquemur de quo deliberari etiam detractis sequentibus posset. Partes suadendi quidam putauerūt honestum. utile. necessariū. ego nō inuenio huic tertiæ locū. Quantalibet enim uis ingruat: aliquid fortasse pati necesse sit nihil facere. De faciēdo autem deliberatur. Quod si hanc uocant necessitatem: ī qua homines grauiorum metu coguntur utilitatis erit quæstio: ut si obsessi & impares & aqua ciboq̄ defecti de facienda ad hostem deditione deliberent: & dicatur necesse est. nempe sequit̄ ut hoc subiiciatur. alioqui pereundum est. ita propter id ipsum non est necesse: quia perire potius licet. Deniq̄ non fecerunt saguntini: nec ī rate opitergina circunuenti. Igitur in his quoq̄ causis: aut de sola utilitate ambigetur: aut quæstio inter utile atq̄ honestū consistet. At enī siquis liberos procreare uolet: necesse habeat uxorē ducere qs dubitat? Si ei q pater uult fieri: liqueat necesse ēē uxorē eē ducendam. Itaq̄ mihi ne consilium quidem uidet̄: ubi necessitas est: non magis q̄ ubi cōstat quid fieri nō posse. Omnis enim deliberatio de dubiis est. Melius igitur qui tertiam partem dixerūt ΔΥΝΑΤΟΥ quod nostri possibile nominat: quæ ut dura uideatur appellatio: tamen sola est. Quas partes non omnes in omnem cadere suasoriam manifestius est. q̄ ut docendum sit. Tamen apud plerosq̄ earum numerus augetur: a quibus ponuntur: ut partes: quæ species sunt partium. Nam fas. iustum. pium. æquum. mansuetum quoq̄. Sic enim sunt interpretati ΔΙΚΑΙΟΝ & siqua adhuc adiicere quis eiusem generis uelut subiici possunt honestati. An sit autem facile. magnum. iucundum sine periculo ad quæstio

Suadendi pars

non sit necesse

pungatur. Instruendis lu/dis. Pro instruendis legendū est instituendis. Sed ne/mini adeo. Neminem legen/dū esse constat. Deformis & icōmoda turbæ si ibi non sit conflictatio. Ne hic quidē locus mendis caret q̄uis fere non deprehendantur. Facile autem tollūtur si loco ibi id scribaf: ut legamus Si id nō sit. Q̄q̄ fit quoque loco sit mihi legendū uidetur. Vt cum suademus ut bello pu/nico serui armentur: Serui apud priscos pœna capitali a re militari arcebātur, ut scri bit Martianus quadragesi/mo de re militari. Ab omni militia īquit Serui prohibē tur, alioqui capite puniūtur Cæte/ri bello punico armati fuere: uocatique uolones qđ ultro pro dominis uellēt mi litare. Vt cum Pompeius deli berauit: parthos, an Afri cam, an ægyptū peteret. Hoc in Pompeii uita narrat Plu/tarchus. Cum enim pompe ius in Pharsalia a Cæsare su/paratus Mitylænas ad uxo/rem confugisset: in hanc ue/nit deliberationem, utrum parthos, an Africam, an ægy ptum peteret. Tandem uero i ægyptum ire decreuit: ubi Ptolemæi iussu fuit obtrun catus. Si se dederīt. Di syl laba ascripta dediderit est le/gendum. Idemque contra Item legendum esse facile est uiderer. Videndumq; quid cōsecuturi simus & propter quid. Sic quidem legitur, sed corrupte ut mihi uidetur. Non enim propter quid cō secuturi simus aliquid uidē dum est in deliberando: sed per quid, ut si per bellum, per multos labores, per ma/gnam pecuniarū effusionē per cædes denique nostro/rū ciuiū aliqua urbe simus po/tituri. Quare per quid: id qđ sequentia quoque indicant legendum uidetur. Et ani mus deliberātis non ipsa ho

Pōpei mors

per

nem pertinet utilitatis: qui loci oriuntur ex contradictiōe. Est qui dem utile: sed difficile, paruum, iniucundum, periculosum. Tamē quibusdam uidetur esse nonnūq̄ de iucunditate sola consultatio: ut si de edificando theatro instituendis ludis deliberet. Sed nemi nem adeo solutum luxu puto: ut nihil in causa suadendi sequatur præter uoluptatem. Præcedat enim semper aliquid necesse est: ut in ludis honor deorū: in theatro non inutilis laborum remissio. deformis & icōmoda turbæ si id nō fiat: cōflectatio. & nihilomius eadem illa religio: cum theatrum ueluti quoddam illius sacri tem plum uocabimus. Sæpe uero & utilitatē despiciendā eē dicimus: ut honesta faciamus: ut cum illis opiterginis damus cōsiliū: ne se hostibus dedāt: q̄q̄ perituri sint: nisi fecerint. & utilia honestis præ/ferimus: ut cum suademus ut bello punico serui armētur. Sed ta/mē ne hic plane concedendum ē eē id inhonestū, liberos enī natu ra oēs: & iisdem constare elemētis: & fortasse antiqs etiam nobili/bus ortos dici pōt. Et illic ubi manifestū periculum ē: opponenda alia sunt pericula: ut crudelius etiam pituros affirmemus: si se de/diderint: siue hostis non seruauerit fidem: siue Cæsar uicerit: quod est uero similius. Hæc aūt quæ tantū inter se pugnāt: plerūq; no/minibus deflecti solent. Nā & utilitas ipsa expugnatur ab iisq̄ di/cunt non solum potiora eē honesta q̄ utilia. Sed ne utilia qdē esse quæ nō sunt honesta. & contra quod nos honestū: illi uanū. ambi/tiosum. stolidum. uerbis q̄ re probabilius uocāt. Nec tantū iutili/bus comparantur utilia: sed iter se quoq; ipsa: ut si e duobus eliga/mus in altero: quid sit magis: in altero qd sit minus. crescit hoc ad/huc. Nam interim triplices etiam suasoriæ icidūt: ut cum Pompe ius deliberauit parthos, an africam, an ægyptū peteret. Ita non tan tum utrum sit melius: sed qd sit optimum quæritf: Idemq; contra: nec nūq̄ incidet ī hoc genere materiæ dubitatio rei: quæ undique secundū nos sit. Nā ubi contradictioni locus non est: quæ pōt esse cā dubitandi? Itē fere oīs suasoria nihil est aliud q̄ cōparatio: uidē dumq; quid consecuturi sumus & ꝑpter quid: ut æstimari possit: plus in eo quod petimus sit cōmodi: an uero ī eo ꝑ quod petimus in cōmodi. Est utilitatis & ī tempore quæstio: expedit: sed nō nūc. & in loco: nō hic. & in psona, non nobis: nō cōtra hos. & in genere agēdi: nō sic. & ī mō: non in tantum. Sed personam sæpius decoris cā intuemur: quæ & in nobis & in iis q deliberant spectāda ē. Itaq; q̄uis exempla plurimū ī cōciliis possint: quia facillime ad cōsenti endum homines ducunt expimentis: refert tamen quos auctori tas & quibus adhibeatur. Diuersi sunt enī deliberantiū animi. du/plex cōditio, nā consultant aut plures aut singuli. sed in utrisq; dif ferentia: quia & in pluribus multum interest: senatus sit: an popu/lus, romani: an fidenates, græci: an barbari. & in singulis Catoni petendos honores suadeamus: an. C. Mario. De ratione belli Sci/

pio prior an Fabius deliberent. Proinde intuenda ſexus. digni/
tas. ætas. Sed mores præcipue diſcrimen dabunt. Et honeſta q/
dem honeſtis ſuadere facillimum ē. Si uero apud turpes recta
optinere conabimur: ne uideamur exprobrare diuerſam uitæ
ſectam: cauendum eſt. & animus deliberātis. non ipſa honeſta
natura: quam ille non reſpicit: permouendus: ſed laude uulgi.
opinione: & ſi parū proficiet hæc uanitas: ſecuturam ex his uti
litatem. aliquanto uero magis obiiciendo aliquos: ſi diuerſa fe/
cerint: metus. Nam præter id quod his leuiſſimi cuiuſque aīus
facillime terretur: neſcio an etiam naturaliter apud plurimos
plus ualeat malorum timor: q̄ ſpes bonorum: ſicut facilior ei/
dem turpium q̄ honeſtorum intellectus eſt. aliquando bonis
quoq; ſuadentur parum decora. dantur parum bonis cōſilia: in
quibus ipſorum qui conſulūt: ſpectatur utilitas. Nec me fallit:
quæ ſtatim cogitatio ſubire poſſit legentē. Hoc ergo præcipis?
& hoc fas putas? Poterat me liberare. C. Cicero q ita ſcribit ad
Brutum. Propoſitis plurimis quæ honeſte ſuaderi Cæſari poſ/
ſent: Sim ne bonus uir qui hæc ſuadeā? minime. Suaſoris enim
eſt finis utilitas eius cui quiſque ſuadet. at recta ſūt. quis negat?
ſed non eſt ſemper rectis in ſuadendo locus. Sed quia eſt altior
quæſtio: nec tantūad ſuaſorias pertinet: deſtinatus eſt mihi hic
locus duodecimo qui ſummus futurus eſt libro. Nec ego q̄c̄q̄
fieri turpiter uelim. Verum interim hæc uel ad ſcholarum ex/
ercitationes pertinere credantur. nam & iniquorum ratio no/
ſcenda eſt: ut melius æqua tueamur. Interim ſiquis bono inho/
neſta ſuadebit: meminerit non ſuadere tanquam inhoneſta: ut
quidam declamatores Sext. Pompeium ad piraticam propter
hoc ipſum: q; turpis ac crudelis ſit: impellunt. Sed dandus illis
deformibus color: idq; etiam apud malos: nec enim eſt quiſq̄ tā
malus: ut uideri uelit. Sic Catilina apud ſaluſtium loquitur: ut
rem ſceleratiſſimam non malitia: ſed idignatione uideatur au/
dere. Sic Atreus apud Varum. Iam fero inquit infandiſſima:
iam facere cogor. Q uāto magis eis quibus fuit cura famæ cō/
ſeruandus eſt hic uel ambitus? Q uare & cum Ciceroni dabi/
mus conſilium: ut Antonium roget: uel etiam ut philippicas:
ita uitam pollicente eo exurat: non cupiditatem lucis allegabi/
mus. Hæc enī ſi ualet in animo eius: tacentibus quoq; nobis ua
let. Sed ut ſe reipublicæ ſeruet hortabimur. Hac illi opus ē oc/
caſione: ne eum talium precum pudeat. Et. C. Cæſari ſuaden/
tes regnū affirmabimus ſtare iā remp. niſi uno regente nō poſ/
ſe. Nā q de re nefaria deliberat? id ſolum quærit quomō q̄mini
mū peccare uideat. Multū refert etiā: quæ ſit pſona ſuadentis:
q̄a ante acta uita ſi illuſtris fuit: aut clarius genus: aut ætas: aut
fortūa affert expectationē. Prouidēdū ē ne quæ dicunt ab eo q
dicit: diſſentiāt. at iis cōtraria ſūmiſſiorē quēdā modū poſtulāt

neſta natura. Honeſti pro ho/
neſta: ut natura honeſtatis itel/
ligatur: legendum eſt. Quibus
fuit cura famæ conſeruādus eſt
hic uel ambitus. Aliqua recte i
quibuſdam exemplaribus legi/
tur hoc modo. Quibus fuit ali
qua cura famæ. Qui enim ali/
quam famæ curam habēt: hoc
ambitu laborāt: ut boni ſaltem
uideantur q̄uis non ſint. Vel au
tem pro ſaltem eleganter poni/
tur. Vel quod duplicis eſt ope
ris. Loco opis mihi operæ legē/
dum uidet. hoc eſt laboris. Nō
ſolum enim dicēda excogitare
oratorem oportet: ſed inuenta
quoq; ficte perſonæ accommo
dare. De ratione belli Scipio
prior an Fabius deliberent. Lit/
tera n expuncta deliberet legen
dum eſſe ne dubitandum eſt q
dem. Hoc uero de hiſtoria ſum
ptum. Nam ut narrat. Ti. Liui/
us controuerſia fuit inter Fabi/
um & Scipionem: qua ratione
bellum cum carthaginenſibus
foret adminiſtrandum. hoc cō.
In italia ne an in Africa eſſet ge/
rendum. Et ſi parum profi/
ciet hæc uanitas ſecutura ex his
utilitatem. Vtilitate eraſa m lit/
tera legendum eſt. At recta
ſunt. Obiectio hæc nulla eſt ni/
ſi negatio aſcribat hoc modo.
At recta non ſunt. Sed dan/
dus eſt illis deformibus color.
Probabilem facti cauſam græci
χροωμα. latini colorem uocant
Vnde apud Iuuenalem adulte/
ra ſic rogat Quintilianum. Dic
Quintiliane cōlorem. Qua/
re & cū Ciceroni dabimus con
ſilium ut Antoniū roget. Hæc
quoque ſunt themata uulgata/
rum apud priſcos declamatio/
num: quarum diuiſiones. ſen/
tentiæ. atque colores a Seneca
fuere collecti. Earum uero the/
mata ſunt hæc. Deliberat Cice/
ro an. M. Antonium depræce/
tur. Deliberat Cicero an ſcripta
ſua comburat promittente An
tonio ĩcolumitatem ſi feciſſet.
Nā quæ in aliis libertas i aliis
licētia uocat. Hinc aperte colli/

Lemma Libertas

gitur libertatem in bonam, licentiam uero in malam accipi partem, unde etiam Terentius, Deteriores omnes sumus licentia. Aliquando tamen etiam in bonum accipi uidetur: ut apud Salustium in Iugurthino. Romā legatos ire iubet agēdarum rerum & quocunq; modo componēdi licentiam illis permittit. Apud iurisconsultos quoq; huiusmodi inueniuntur locutiones. Data est mihi licentia eundi ac redeundi. Ideoque longe mihi uidēt difficillimæ, ꝓsopopœiæ, ꝓsopopœiæ cōfictiōes ꝓsonaꝝ iterpretanť: qualibus nō oratores modo & historici sed poetæ quoque frequentissime utuntur: ut Vergilius Sinōis persōnam ita effingit: ut nihil ad proditoris mores adiici posse uideatur. An eodem modo cogitauit aut eandem personam iducit Cicero. Induit, c. littera expūcta legendum mihi uidetur. Quæ ex historiis compositæ certius agētiū nominibus cōtinētur. Certis. u. littera expuncta nemo non uidet esse legendum. Neq; ignoto plerunq; exercitationis gratia poni & poeticas historias. Enim particula mihi huic sensui deesse uidetur. Superioris nanq; dicti rationem reddit Fabius. Et similiter copula est ascribēda, ac historicas, c. littera ascripta legēdum. hoc modo. Neque enim ignoro plerunq; exercitationis gratia poni & poeticas & historicas. Sic autem legendum esse facile quæ sequuntur exempla declarant. Vt Priami uerba apud Achillem. Priami uerba ad Achillem quibus Hectoris cadauer rogat q plene uidēť cupit: legat uigesimum tertiū Iliados librū. Quibus aūt uerbis Sylla fuerit usus in deponenda in concione dictatura in ipsius uita scribit Plutarchus. Vt apud Ciceronem pro Celio in Clodiam & Cæcus appius & Clodius frater. ille ī castigationem. hic in orationem morum compositus alloquitur. Qui orationem Ciceronis pro Cælio legerit: facile diiudicabit & rationem o prima littera expūcta. & amorum a littera ascripta esse legendum.

Vt cum apud Cæsarem consultatio de pœna Theodoti ponitur. Hæc quoq; materia de historia est sūpta de qua ī cōmētariis Cæsaris plura. Theodotus autē rhetor fuit

Prosopopœiæ

Nam quæ ī aliis libertas est: in aliis licentia uocatur. Et quibusdam sufficit auctoritas: quosdam ratio ipsa ægre tuetur. Ideoq; longe mihi uidētur difficillime prosopopœiæ: in quibus ad reliquū suasoriæ laborem: accedit etiā personæ difficultas. Nāq; illud idem aliter Cæsar. aliter Cicero. aliter Cato suadere debebit. Vtilissima uero hæc exercitatio: uel qđ duplicis ē operis: uel quod poetis quoq; aut historiaꝝ quoq; futuris scriptoribus plurimum confert. Verum & oratoribus necessaria. Nam sunt multæ a græcis latiniſq; cōpositæ oratiōes: quibus alii uterentur: ad quorum conditionē uitāq; aptanda: quæ dicebātur fuerūt. an eodem mō cogitauit: aut eandem personam īduit Cicero cum scriberet. Cn. Pompeio & cum. C. Domicio cæterisue: ac non uniuscuiusq; eorū fortunam: dignitatem: res gestas ītuitus: omnium etiam qbus uocem dabat: imaginem expressit: ut melius quidem: sed tamen ipsi dicere uiderentur? Nec minus uitiosa est oratio: si ab homīe: q̄ si a re cui accōmodari debuit: dissidet: Ideoq; Lysias optime uidetur in his. quæ scribebat indoctis: seruasse ueritatis fidem. Enim uero præcipue declamatoribus cōsiderādum est: quid cuiq; personæ cōueniat: qui pauciſſimas cōtrouersias ita dicunt: ut aduocati. plerūq; filii. patres diuites. senes. asperi. lenes. auari deniq;. superstitiosi. timidi. derisores fiunt: ut uix comœdiarū actoribus plures habitus in ꝓnūciando cōcipiendi sint: q̄ his in dicendo: quæ omnia uideri possunt ꝓsopopœiæ: quas ego suasoriis subieci: quia nullo alio ab his q̄ persona distant: q̄q̄ hoc aliquando etiam ī cōtrouersias ducitur: quæ ex historiis cōpositæ certis agentium nominibus cōtinentur. Neq; ignoro plerunq; exercitationis gratia poni & poeticas historias: ut Priami uerba apud Achilē: aut Syllæ dictaturam deponentis in cōcione. Sed hæc ī partem cædent trium generum: in quæ causas diuisimus. Nam & rogare. indicare. rōnem reddere: & alia de quibus supra dictum est: uarie atq; ut res uult in materia iudiciali. deliberatiua. demonstratiua solemus. Frequentissime tamen ī his utimur ficta ꝓsonarū: quas ipsi substituimus oratione: ut apud Ciceronem pro Cælio in Clodiam: & Cæcus appius: & Clodius frater: ille in castigationem: hic in rationem morum cōpositus alloquitur: solent in scholis fingi materiæ ad deliberandum similiores cōtrouersiis: & ex utroq; genere cōmixtæ ut cum apud. C. Cæsarem cōsultatio de pœna Theodoti ponitur. Cōstat enim accusatione & defensiōe causæ: qđ ē iudicialiū ꝓpriū. permixta aūt est & utilitatis ratio: an ꝓ Cæsare fuerit occidi Pōpeiū. an timēdū a rege bellū: si Theodotus sit occisus. an id mime opportunū hoc tpe & piculosū. & certe longū sit futurū. Q uæriť & de honesto. deceat ne Cæsarē

ultio Pompeii.an sit uerendū:ne peiorē faciat suarum ptiū cau/ sam:si Pompeiū īdignū morte fateatur. Q uod genus accidere etiam ueritati potest. Non simplex aūt suasorias error in pleris/ q declamatoribus fuit:qui dicendi genus in his diuersum:atq; ī totum illi iudiciali cōtrariū esse existimauerunt. Nā & prīcipia abrupta:& concitatam semper orationem:& ī uerbis effusiorē: ut ipsi uocant:cultum affectauerunt:& earū breuiores utiq; cō/ mentarios.q̄ legalis materiæ facere elaborarunt. Ego porro uti prohœmio uideo nō utiq; opus esse suasoriis propter quas dixi supra cās:ita cur initiū furioso sit exclamādū:nō intelligo: cū p posita consultatiōe rogatus sententiā:si modo est sanus: nō quæ/ ritet:sed q̄maxime pōt ciuili & humano ingressu mereri assensū daliberantis uelit. Cur igitur torrēs:& utiq; equaliter cōcitata sit in ea dicendis oīo? Cum uel præcipue moderationem rōnēq; cō silia desiderent? Neq; ego negauerim sæpius subsidere in cōtro uersiis impetum dicendi ꝓhœmio.narratione.argumētis: quæ si detrahas:id fere supererit:quo suasoriæ cōstant. Verū id quo/ q æqualius erit:nō tumultuosius atq; turbidius. Verborū autē magnificentia nō ualidius est affectanda suasorias declamanti bus:sed contigit magis. Nā & personæ fere magnæ fingentibus placent regum.prīcipum.populi.senatus:& res āpliores: ita cū uerba rebus aptentur:ipso materiæ nitore claresc̄unt. Alia ueris consiliis ratio est. Ideoq; Theophrastus q̄maxime remotum ab oī affectatione ī deliberatiuo genere uoluit eē sermonē: secutus ī hoc auctoritatē præceptoris sui:q̄q̄ dissentire ab eo non timide solet. Nāq; Aristoteles idoneā maxīe ad scribēdū demōstratiuā: proximāq; ab eo iudicialē putauit:uidelicet quoniā prior illa to ta eēt ostētatiōis.hæc secūda egeret artis uel ad fallēdū:si ita po/ poscisset utilitas:cōsilia fide prudētiaq; cōstarēt. Q uibus in de/ mōstratiua cōsētio. Nā & oēs alii scriptores idē tradiderūt. In iu diciis āt cōsiliisq; secūdū cōditionē ipsius: quæ tractabit rei ac/ cōmodādā dicēdi credo rōnē. Nā & philippicas Demosthenis iisdē qbus habitas in iudiciis oīones uideo emīere uirtutibus. Et Ciceronis sētētiæ & cōciōes nō minus clarū q̄ ē ī accusatiōib; ac defēsiōibus eloquētiæ lumē ostēdūt. Dicit tamē de suasoria idē hoc mō. Tota aūt oīo simplex & grauis:& sētētiis debet ornati/ or esse q̄ uerbis. Vsū exēplo; nonnulli materiæ magis cōuenire merito fere oēs cōsentiunt:cū plerūq; uideant respōdere futura præteritis:Habeat q; experimentū uelut quoddā rōnis testimo niū. Breuitas quoq; aut copia nō genere materiæ:sed mō cōstāt. Nā ut ī cōsiliis plerūq; simplicior quæstio ē:ita sæpe ī causis mi nor. Q uæ oīa uera eē sciet:siqs nō oīones mō: sed historias etiā (Nāq; ī his cōciōes atq; sētentiæ plerūq; suadēdi ac dissuadēdi fūgunt officio) legere maluerit:q̄ in cōmentariis rhetorum cō/

Chius q̄ psuasit Ptolemeo: ut pompeum curaret interficien/ dum ea usus sententia Homi/ nem mortuum non mordere. rrra

Non simplex autē suasorias error. Circa præpositio ē ascri/ benda: ut legatur. circa suaso/ rias. Et eaq; breuiores utiq; commentarios:q̄ legalis mate/ riæ facere elaborarunt. Legalis quidem legitur. Sed cum de to to iudiciali genere uerba faciat forsitan iudicialis rectius lege/ retur. Huic autem correctioni Fabius ipse Paulo post accede/ re uidetur. Sic enim scribit. In/ ueniet enim nec in consiliis ab rupta initia. & cōcitatius sæpe in iudiciis dictū. & uerba apta/ ta rebus ī utroq; genere. & bre uiores aliquando causaq; ora/ tiones q̄ sententiaq;. Ita cur initium furioso sit exclamādū non intelligo. Ne hic quidē lo/ cus errore caret q̄uis sic fere le/ gatur. mihi autem pro furioso uidetur esse legendum furiose. iudicialis

Cū proposita consultatione rogatus sententiā: si modo est sanus:non quæritet. Quiritet prima cū ī littera scripta legen/ dum est nō quæritet: ut in exē plaribus scriptum deprehēdit. Est autem quiritare Quiritū fauorem summo clamore im plorare. Ideoq; Theophrastus q̄ maxime remotum ab omni affectione in deliberatiuo gene re uoluit esse sermonē. Pro affe ctione mihi uidetur legēdum esse affectatione. Aperte enim significat Fabius ex sententia Theophrasti atque Aristotelis uerborum effusiorem cultum in consultationibus ac delibe/ rationibus nō esse affectandū. Quiritare

Accommodandam dicendi credo orationem. Rationem legendum esse satis constat.

Et Ciceronis sentētiæ & cō/ ciones. Ciceronis sententias Fa bius uocat orationes quas Ci/ cero in senatu habuit. cōciones uero quas ad populum: qualis fuit pro lege Manilia. Tota autē oratio simplex & grauis. Hæc ī partitionibus oratoriis leguntur. Vsum exemplo/ rum nonnulli materiæ magis conuenire merito fere omnes

consentiunt. Aut non particula est expungenda. aut ulli legendum. ut sit aut nulli materiæ aut non ulli:

quod in idem recidit.
Et in dissuadendis morent. Pro dissuadē dis mihi desuescendis legēdū uidet: pide ac si diceret dediscendis.

Vnc de iudici
n ali genere. Iu/
dicialiū cāz di
uisionē ita subiicit: ut uarias priscoz rheto/
rū de eaz ptibus opi/
niones exponat: qbus/
q nō assentit pspicue refellit. Sed officiis cō
stat duobus ītētionis ac depulsionis. Itentio est oro crimen debitū ue alicui obiiciens. De
pulsio est oro q crimē debitūue obiectū re/
pellimus. Quæ est q̄stio in q̄ nō promit/
tere possit orator. Cū dicti supioris assignet rationē: nāq particu/
la mihi ascribenda ui detur ut legat. Quæ nāq ē qō. Sed ante omnia ītueri oportet, quid sit causæ genus Quod nō quid legen dū eē facile est uidere. Nō.n.qd sit causæ ge/
nus cōsiderat orator: cū sibi agēda cā ppōit sed qđ sit causæ ipsius ppositæ genus hoc ē demōstratiuū an deli beratiuū an iudiciale.

Quid ī ea quærat, hoc ē quæ sit ī ea quæ stio & status. Nā ut conferri materiā oēm & qd quoq sit opus cōstare dbet. Oportet uerbum mihi uidet ascribēdū nec nō loco ablatiuus adiiciendus hoc mō. Nā ut cōferri materiā oēm oportet & quid quoq loco sit opus cōstare. Hoc aūt idē & Cicero ī primo rhetoricoz præcipit. In rhetoricis āt ad He reniū puerse de exor/diis prius q̄ de statibz præcepta traduntur: Ex quo uel solo facile colligitur opusculū il lud nō esse Ciceronis.

Intentio

Depulsio

Nō diligenter

loco

senescere. Inueniet enim nec in cōsiliis abrupta initia: & concitatius sæ/
pe in iudiciis dictū: & uerba aptata rebus in utroq genere: & breuiores aliquando causarum orationes q̄ sententiarum. Ne illa qdem ī iis uitia deprehendet: qbus quidam declamatores laborant: quod & cōtra senti entibus inhumane conuiciantur: & ita plerūq dicūt: tanquam ab iis q deliberant utiq dissentiant. Itaq obiurgantibus similiores sūt q̄ suaden tibus. Hæc adolescentes sibi scripta sciant: ne aliter q̄ dicturi sint: exerce ri uelint: & in dissuadendis morentur. Cæteꝛ cū aduocari cœperint ī cō silia amicorum. dicere sententiam in senatu. suadere siquid consulet pri ceps: quod præceptis fortasse non credūt: usu docebūtur.

De partibus causarum iudicialium.

n Vnc de iudiciali genere quod est præcipue multiplex: sed officiis constat duobus intentōis ac depulsionis: cuius partes: ut plurimis auctoribus placuit: qnque sunt prohœmium. narratio: probatio. refuta tio: peroratio. His adiecerunt quidam partitionem. propositionem. ex/
cessum: quarum priores duæ probationi succedunt. Nam proponere q̄ dem quæ sis probaturus necesse est: sed & concludere. Cur igitur si illa par causæ est: nō & hæc sit? Partitio uero dispositōis est species. ipsa dis/
positio pars rhetorices: & per omnes materias totumq earū corpus æq̄ liter fusa: sicut inuentio. elocutio. Ideoq eam non orationis totius partē unam esse credendū ē: sed quæstionū etiam singularū. quæ est quæstio in qua non promittere possit orator: quid primo. qd secundo. qd tertio sit loco dicturus? quod est proprium partitiōis. Q uam ergo ridiculū ē quæstionem qdem speciem esse probatiōis: partitionem autem quæ sit species quæstionis partem totius orationis uocari? Egressio uero uel qđ usitatius esse cœpit excessus: siue est extra cām non pōt esse pars causæ: siue est in causa: adiutorium uel ornamentum partium earum est: ex q bus egreditur. Nam si quicquid in causa est: pars causæ uocabitur: cur non argumentum. similitudo. locus communis. affectus. exempla par tes uocentur? Tamen nec iis assentior: qui detrahunt refutationē tanq̄ probatiōi subiectam: ut Aristoteles. Hæc enim est quæ constituat: illa quæ destruat. Hoc quoq idem aliquatenus nouat: q prohæmio nō nar rationē subiūgit: sed propositionem. Verū id facit: quia propositio ge/
nus. narratio species uidetur: & hac non semper. illa semper & ubiq cre dit opus esse. Verum ex his quas constitui partibus: non ut qcq primū dicendū: ita primum cogitandum est. Sed ante omnia intueri oportet quod sit genus causæ. qd in ea quæratur. quæ prosint. quæ noceant. de inde quid confirmandum sit atq refellendum sit. tum quomodo narrā dū. Expositio enim probationum est præparatio: nec esse utilis potest: nisi prius constiterit: qd debeat de probatione ꝓmittere. Postremo ituē dū quēadmodū iudex sit conciliandus. nec enim nisi totis causæ parti/
bus diligenter īspectis scire possimus: qualē nobis facere animū cogno scentis expediat: seuerum an mitem: concitatum an remissum: aduersū gratiæ an obnoxium. Nec ideo tamen eos probauerim: qui scribēdum quoq prohœmiū nouissime putant. Nam ut conferri materiā oēm: & quid quoq sit opus cōstare debet: anteq̄ dicere aut scribere ordiamur:

nāq

oportet

ita incipiendum ab iis quæ prima sunt. nam nec pingere qſq̄ aut fingere cœpit a pedibus. Nec deniq; ars illa consumat ibi: unde ordiendū est. Quid fiet alioqui si spacium componendi orationē stilo non fuerit? nōne nos hæc inuersa cōsuetudo deceperit? Inspicienda igitur materia est quo præcipimus ordine, scribenda quo dicimus.

De generibus

c Aeterum causa omnis: in qua pars altera agentis est: altera recusantis: aut unius rei controuersia constat: aut plurium. Hæc simplex dicitur: illa coniuncta. Vna controuersia est per se furti: per se adulterii. plures aut eiusdem generis: ut in pecuniis repetundis. aut diuersi: ut siquis sacrilegii & homicidii simul accusetur: quod nunc in publicis iudiciis non accidit: quoniam pretor certa lege sortitur. principum autem & senatus cognitionibus frequēs ē & populi fuit. priuata quoque iudicia sæpe unum iudicem habere multis & diuersis formulis solent. nec aliæ species erunt: etiam si unus a duobus dūtaxat eādem rem atque ex eadē causa petet. aut duo ab uno: aut plures a pluribus: quod accidere in hæreditariis litibus interim scimus. quia q̄uis in multis personis causa tamen una est: nisi conditio personarum quæstiones uariauerit. Diuersum his tertiū genus quod dicitur cōparatiuum: cuius rei tractatus in parte causæ frequēs est: ut cum apud centumuiros post alia quæritur & hoc: uter dignior hæreditate sit. Rarum est autem ut ī foro iudicia propter id solum cōstituantur: sicut diuinationes. quæ fiūt de accusatore constituendo: & nonnunq̄ inter delatores: uter premiū meruerit. Adiecerūt quidam numero mutuam accusationē quæ ἀντικατηγορία uocatur: aliis uidelicet succedere hāc quoq; comparatiuo generi existimātibus: cui similis erit petitionum inuicem diuersarum: quod accidit uel frequentissime. Id si & ipsum uocari debet ἀντικατηγορία (nā ꝓprio caret nomine) duo ergo erūt genera eius: alterū quo litigatores idem crimen inuicem intentant: alterum quo aliud atq; aliud. Cui & petitionum conditio par est. Cum apparuerit genus causæ: tum intuebimur: negetur ne factum: quod intenditur. an defendatur. an alio nomie appelletur. an a genere actionis: unde sunt status. repellatur.

Quid & quæ sit ratio. iudicatō: cōtinēs: & q̄tenus necessaria

h Is inuentis intuendum deinceps Hermagoræ uidetur: quæ sit quæstio: ratio: iudicatio: continens: ideſt στῦσεχον: uel ut alii uocant firmamentum. Quæstio latius intelligitur oīs de qua in utrāq; partem uel in plures dici credibiliter pōt. In iudiciali autem materia dupliciter accipienda ē:

Nec denique ars illa cōsumatur ibi unde ordiendum est: Vlla legēdum esse nemo dubitat. ul

Aeterū causa omnis. Cau-

c sarum iudicialium diuisionem ita subiicit Fabius: ut multa iis adiiciat: quæ a Cicerone uariis in locis de hac eadem re traduntur. Quoniam prætor certa lege sortitur. Hoc ē prætor determinata lege de homicidio uel sacrilegio similibusue iudicia cōstituit.

Priuata quoq; iudicia sæpe unū iudicem habere multis & diuersis formulis solēt. Formulæ dicunt cōceptiones quædam petitionū: quī nunc libelli uulgo appellant. Vnde & formularii sunt dicti. formulæ

Sunt diuinationes: quæ fiūt de accusatore constituendo. Diuinatio: ut inquit Pædianus dicitur oratio in qua nō de facto quæritur coniecturas: sed de futuro: quæ ē diuinatio: qualis est prima in uerrē. uter debeat accusare Cicero an Cecilius. Alii ideo putant diuinationem dici: quod iurati iudices in eiusmodi causa sedeant: & quod uelint decernere de utroq; possint. alii quod res agatur sine testibus & sine tabulis & his remotis argumenta sola sequantur iudices & quasi diuinent. Quæ ἀντικατηγορία uocatur. ἀντικατηγορία recriminatio trāsferri potest. Sed dicitur mutua accusatio: cuius duas esse species Fabius perspicue exponit. Duo ergo erunt genera eius. Ergo particula ut redundans mihi uidetur expungenda. Cui & petitionum condicio pars est. Par littera. s. erasa legendū esse manifestius est: q̄ ut sit admonendum. An a genere actionis. Vnde sunt status. Repellatur ascribendum est: ut sit An a genere actionis repellatur. Diuinatio

h Is iuētis. Hermagoræ diligētis qdē rhetoris affectatā subtilitatē ac ī particulas nimiū minutas cōcisionē primū exponit Fabius. deīde reprehendit adeo apte ut nihil enarratōe sit opus. Quid sit qō. Quæ nō qd mihi legēdum uī. Non. n. definitionē qōis rōisq; & q̄ sequūt ī uestigādā oratori ut Hermagoras sed eē ituēdū q̄ in causa ꝓposita sit q̄stio: q̄ rō & q̄ sequūtur. Vt autē hæc oratori sunt cōsiderāda: sic rhetori definienda. Quæ-

ſtio latius intelligitur omnis. Quæſtio ut inqt Boethus eſt in dubitationem ambiguitatemque adducta propoſitio: ut ſi quæratur An terra ſit nec ne rotunda. Et ſpeciem in ſpecies diuidi conuenit. Dialectici quidem in indiuidua ſpeciem diuidunt, in alias uero ſpecies diduci non poſſe aiunt: niſi loco generis ponatur: ut animal corporis animati ſpecies: in hominem, leonem equum diuiditur. Homo uero in alias ſpecies diuidi non poteſt. Cæterum Fabius ſpeciem pro genere poſuiſſe uidet. Hãc igitur quæſtionem uelut principalem ζητημα uocant. ζητημα quæſtio dicitur απο του ζητειν hoc eſt a quærendo. Hoc αιτιον dicitur. αἴτιον cauſa trãſfertur ut αἰτία. Sũt enim eiuſdem rei nomina diuerſa: quamquam nonnulli aſſerant ea differre. Sed Fabius eorum opinionem improbare uidetur. κρίνομενον autem iudicatio. κρινόμενον ad uerbum interpretatur iudicatum απο του κρινειν hoc eſt a iudicando. Vt in eo qui cum adulteram deprehenſam occidiſſet. Hoc uidetur eẽ thema declamatorium, tametſi uera quoque cauſa forſitan fuit. Lege enim cauetur: ut qui adulterũ cum adultera deprehenderit: dum utrunque corpus interficiat: ſine fraude ſit. Quidam adulterum cum adultera deprehenſum domi interficere non potuit. adulteram autem e ueſtigio interfecit. Adulterum deinde in foro inuentum occidit.

ſimus

συνεχον autem quod ut dixi. συνεχον proprie continens interpretatur. Nam συνεχω contineo ſignificat. uariis autem nominibus a latitio altero modo quo dicimus multas quæſtiões habere cõtrouerſiã: quo etiam minores omnes complectimur: altero quo ſignificamus ſummam illam: in qua cauſa uertitur. de hac nunc loquor: ex qua naſcit ſtatus. an factum ſit. quid factum ſit. an recte factũ ſit. Has Hermagoras & Appollodorus & alii plurimi ſcriptores proprie quæſtiões uocant. Theodorus (ut dixi) capita generalia: ſicut illas miores: aut ex illis pendentes ſpecialia. Nam & quæſtionem ex quæſtione naſci: & ſpeciem in ſpecies diuidi cõuenit. Hanc igitur quæſtionẽ ueluti principalem uocant ζητημα. Ratio autem eſt: qua id quod factum eſſe conſtat defenditur. & cur non utamur eodẽ quo ſunt uſi fere omnes exemplo? Horeſtes matrem occidit. Hoc cõſtat. dicit ſe iuſte feciſſe. ſtatus erit qualitatis. quæſtio an iuſte fecerit. Ratio q; Clytemneſtra maritũ ſuũ patrem Horeſtis occidit: hoc αιτιον dicitur. κρίνομενον autem iudicatio. an oportuerit nel nocẽtem matrem a filio occidi. Quidam diuiſerũt αἰτιον & αἰτιατον: ut eſſet altera propter quã iudicium conſtitutum eſt: ut occiſa Clytẽneſtra. altera qua factum defendit: ut occiſus Agamemnon. Sed tãta eſt circa uerba diſſenſio: ut alii αἰτιατὸν cauſam iudicii. αἴτιον autem facti uocent. alii eãdem i contrarium uertant. Latinorum quidam hæc initium & rationem uocauerunt. quidam utrunq; eodem nomine appellant. Cauſa quo q; ex cauſa: ideſt αἴτιον ex αἰτίου naſci uidet: quale eſt occidit Agamẽnonẽ Clytẽneſtra: quia ille filiã cõmunem i molauerat: & captiuã pellicem adducebat. Idem putant & ſub una quæſtione plures eẽ rationes: ut ſi Horeſtes & alteram afferat cauſam matris necatæ: quod reſponſis ſit i pulſus. Quod aũt cauſas faciendi totidem iudicatiões. Nã & hæc erit iudicatio. an reſponſis parere debuerit. Sed & una cã plures habere quæſtiones & iudicationes (ut ego arbitror) põt: ut in eo qui cum adulterã deprehenſam occidiſſet: adulterum qui tum effugerat: poſtea in foro occidit. Cã eſt una. adulter fuit. quæſtiones & iudicationes. an illo tempore. an illo loco licuerit occidere. Sed ſicut cum ſint plures quæſtiones: omneſq; ſuos ſtatus habeãt: cauſæ tamẽ ſtatus unus ſit: ad quem referantur omnia: ita iudicatio maxime propria: de qua pronunciatur συνεχον autem quod: ut dixi: continens alii: firmamentum alii putant. Cicero firmiſſimam argumentationẽ defenſoris & appoſitiſſimam adiudicationem: Quibuſdam id uidẽtur eſſe: poſt quod nihil quæritur: quibuſdam id quod ad iudicationẽ firmiſſimã affertur. Cauſa facti non in omnes controuerſias cadit. Nã quæ fuerit cauſa faciẽdi ubi factum negatur? aut ubi cauſa tractat? ar negant eodem loco eſſe iudicationem: quo quæſtionem: idq; & i rhetoricis Cicero & in partitionibus dicit. Nam & in coniectura ẽ quæſtio: ex illo factũ nõ factũ: an factũ ſit. ibi ergo iudicatio: ubi qõ: qa i eadẽ re prima quæſtio & extrema diſceptatio. At i q̃litate matrẽ Horeſtes occidit. recte nõ recte, an recte occiderit. qõ. nec ſtati iudicatio. quãdo ergo? Illa patrẽ meũ occiderat. ſed nõ iõ tu matrẽ debuiſti occidere? an debuerit. hic iudicatio. Firmamẽtũ ãt uerbis ipſius ponam:

si uelit Horestes dicere eiusmodi animū matris suæ ī patrem suum: in se ipsum: ac sorores: in regnū: ī famā generis: ac familiæ: ut merito ab ea pœnas liberi sui potissimū petere debuerit. Vtunt' alii & talibus exemplis q bona paterna cōsūpserit ne cōcionet'. in opa publica consūpsit. quæstio. an qsqs consūpserit: prohibēdus sit. iudicatio: an qui sic: uelut in cā militis Arunci: qui Lusiū tribunū uim sibi inferē tem interfecit. quæstio an iure fecerit. ratio. quod is uim afferebat. iudicatio: an indemnatū: an tribunū a milite occidi oportuerit. alteri/us ēt status quæstionē: alterius iudicationē putāt. Q uæstio q̄litatis an recte Clodiū Milo occiderit. iudicatio cōiecturalis. an Clodius ī/sidias fecerit. ponūt & illud sæpe causam in aliquā rem dimitti: quæ nō sit propria quæstionis: & de ea iudicari a quibus multū dissentio. Nam & illa quæstio. an omnes q paterna bona consūpserint: concio ne sint prohibendi: habeat oportet suā iudicationē. ergo nō alia quæ stio. alia iudicatio erit: sed plures qōnes & plures iudicatões. Q uid: nō in cā Milonis ipsa cōiectura referat' ad qualitatē. Nam si est insi/diatus Clodius: sequitur ut recte sit occisus. Cū uero in aliquam rem missa causa ē: recessum est a quæstione: quæ erat cōstituta. hic quæ/stio: ubi iudicatio est. Paulū ī his secum etiam Cicero dissentit. Nā ī rhetoricis: quēadmodū supra dixi: Hermagorā ē secutus. in topicis ex statu effectā contentionem κρίνομενον existimat: idq; Trebatio: qui iuris erat consultus: alludens: de q̄ re agit' appellat. quibus id cō tineatur: continentia quasi firmamenta defensionis: qbus sublatis de fensio nulla sit. At in partitionibus oratoriis firmamētum: quod op ponitur defensioni. quia continens quod primum sit: ab accusatore dicat'. ratio a reo. ex rōnis & firmamēti quæstione disceptatio sit iudi cationū. Verius igitur & breuius q statū & cōtinens & iudicationem idē eē uoluerūt. cōtinens autem id eē: quo sublato lis esse non possit. hoc mihi uidet' utrāq; causā cōplecti: & q; Horestes matrē: & q; Clytæm nestra Agamemnonē occiderit. Iidē iudicationē & statū consētire sē per existimāt. Nec enī aliud eorum rōni conueniēs fuisset. Ver; hæc affectata subtilitas circa noīa re; ābitiose laboret a nobis in hæc assū pta solū: ne par; diligēter inq̄sisse de ope: quod aggressi sumus: uide/remur. Siplicis aūt istituenti nō est necesse p tā minutas re; pticulas rationem dicēdi cōcidere. Q uo uitio multi qdē laborauerūt: præci pue tamē Hermagoras uir alioqn subtilis: & ī plurimis admirādus: tātū diligentiæ nimiū sollicitæ: ut ipsa eius reprehēsio laude aliq̄ nō īdigna sit. Hæc aūt breuior & uel ideo lucidior multo uia: nec discē/tē p ābages fatigabit: nec corpus oīonis ī parua momēta diducendo cōsumet. Nā q uiderit quid sit quod ī cōtrouersiā ueniat: qd i eo & p quæ uelit efficere pars diuersa. quid nra: quod in primis ē intuendū: nihil eorū ignorare de qbus supra diximus poterit. Nec est fere qsq̄ mō nō stultus: atq; ab omī prsus usu dicendi remotus: qn sciat: & qd litem faciat: quod ab illis causa uel continēs dicit': & quæ sit inter liti gātes quæstio: & de quo iudicari oporteat: quæ oia idē sūt. Nā & de eo quæstio est: quod ī cōtrouersiā uenit: & de eo iudicat' de quo quæ

idē

nis rhetoribus appellatur

Quibusdam id quod ad iudicationem firmissi/mā afferē. Firmissimum legendum esse constat.

Aut ubi causa tracta/tur. At legendum est q̄is exemplaria refragētur: ita sensu exposcente. Iudi/catio an qui si uelut in cau sa militis Aurunci. Sic lit/tera. c. ascripta legendum esse facile sensus īdicat: ut sit An qui sic consumpse/rit. Velut in causa mili/tis Aurunci. Hoc thema declamatorium sumptū est de historia, de qua Ci/cero in oratione pro Mi/lone. Extat autem & Fa/bii super hoc declamatio. Cuius hoc est thema. Bel lo cymbrico miles Maria nus stuprum sibi inferre conantem tribunum mi/litum propinquum Ma/rii occidit. Reus est cædis apud iperatorē. Quid non id causa Milonis ipsa coniectura referatur ad qualitatem. Refertur a lit tera expuncta legendum uidetur. In topicis ex sta tu effectam contētionem, κρίνομενον existimat. Ci cero in topicis sic inquit. Sed quæ ex statu conten/tio efficitur eam κρίνομε νον græci uocāt. mihi pla cet quoniam quidem ad te scribo: qua de re agitur uocari. Quibus autē hæc qua de re agitur contine/tur: continentia uocen/tur: quasi firmamenta q/bus sublatis defensio nul/la sit. Verius igit' & bre uius qui statum & conti/nens & iudicationem esse uoluerunt. Idem prono/men forsitan est ascriben/dum: ut legatur. Idem eē uoluerunt. Innuit enī Fa/bius statum & continens & iudicationem q̄is no/mina sint diuersa: idem tamen significare. Nec corpus orationis in par/ua momenta deducendo cōsumet. Diducēdo legē/dū ē: ut itelligat' diuidēdo

Nec tamen hoc præcipiendum eſt. Tã ultimis duabus litteris eraſis legendum eſſe: q̃ particula quæ ſequitur eiq; reſpondet: facile declarat. Aut certa ſi digreſſi fuerimus Certe legẽdum eſſe clare patet. Admonet autem Fabius omnia quæcunq; ab oratore dicuntur: ad iudicationem eſſe referenda.

¶ Raphaelis Regii in deprauationes quarti libri oratoriæ Quintiliani inſtitutionis annotationes.

Erfecto. M. Victori. Attentum maxime reddit lectorem hoc ꝓlogo Fabius dicens & maiorem ſibi ſollicitudinẽ iniunctã q̃ quæ iudicium hominũ mereatur: & quæ ſequuntur maiora ac difficiliora iis eſſe: quæ ĩ ſuperioribus libris ſũt tradita. Idcircoq; ſe merito hoc loco potiſſimũ inuocare numen Domitiani Imperatoris: ut ſibi dexter ac ꝓpicius adeſſe uelit. Primus aũt huius præfatiõis ſenſus ita mihi confuſus eſſe uidetur: ut uix percipi poſſit: niſi unius uerbi emendatione illuſtretur, ac quæ legatur non quale. Si aũt emendat quoq; legeret nihil ambiguitatis ſenſus haberet. Maiorẽ enim ſollicitudinem ſibi ait acceſſiſſe: q̃ quæ iudicium humanũ mereatur hoc eſt quæ nõ ab hominibus: ſed ab ipſo Domitiano qui deus appellari uolebat: ſit iudicanda. Cũ uero mihi domitianus Auguſtus ſororis ſuæ nepotum delegauerit curam. Falluntur hoc loco quidã qui aſſerunt Fabium Quintilianum a Domitiano imperatore neporibus ſororis ſuæ curatorem datum: lõngamq; de tutore atq; curatore narrationem a iureconſultis ſumunt. Hoc enim Fabius non ait Sed curã nepotum inſtituendoq; ſibi ab imperatore fuiſſe demandatã ſcribit. Hinc uero: ut alia omittam: aperte colligit: expoſitiones eas in quibus iſtiuſmodi ineptiæ leguntur: mini me ad Laurentium Vallam acerrimo iudicio uirum eſſe referendas.

c Oniectura omnis aut de re aut de animo est. Coniectu ralis constitutionis diuisio nē ita aperit Fabius: ut nihil quod ad eam pertineat prætermittat. Mi ror autem eos qui hoc opus in capi ta distinxerunt: hanc cōiecturæ di uisionem a superioribus uel hoc i/dice De coniecturæ diuisione appo sito non seiūxisse: cum præsertim & finitionis & qualitatis diuisionē in duo capita separarīt. De animo quæri potest nisi ubi persona est. In quibusdam exemplaribus recte ne gatio ascripta ē hoc modo. De ani/mo quæri nō potest. An ato/morum concursu mundus sit effe ctus. Quæstio est physica: quā De/mocritus potissimū iuexit. Is enim atomos: hoc est: corpora quædam īsecabilia: primordia rerū esse puta uit. Atomus autem īsecabile potest interpretari ab a particula priuati/ua & τεμνω seco ac diuido. An prouidentia regatur. Hoc in dubiū Epicurus primus omnium reuo/cauit. Deus enim nihil mortalia cu rare sibi persuasit. An si aliquan/do casurus. t. littera adiiciatur ut sit legat. Hæc quoq; quæstio cū a pri scis philosophis tum a Christianis tractatur: qui sentiūt mundum & originem habuisse & aliquādo oc/casurū. Oīa nāq; orta occidāt neces se ē. Cum de aliquo hoīe quærit quid sit. Quis non quid legēdum esse constat. Neq; enim ambigitur: an, homo sit quisq;: sed id demum quis sit: An Figulus an Sosipater.

Quo modo an ultra oceanum. nec quid sit nec quale sit sed qs sit. Paulo ante quid loco quis. nunc contra quis loco quid peruerse scriptum est. Sed ne sic quidem mendis pur/gatur hic locus. An nanq; particula in suum locum referenda uidetur ac post sed cōiunctionem collocanda. ut legat. Quo modo ultra Oceanū nec quid sit nec quale sit: sed an qd sit. Ac ne cui sibi ipsi Fabius repugnare

etiam habet magnum momentū apud iudices patris memo riam: cum præsertim de bonis eius quæratur. Erit ergo con/iectura. Q ua mente pater intestatus decesserit. Sed ea perti net ad q̄litatem. Alterius status īstrumentū est. Plerunq; aūt in fine causarum de æquitate tractabitur: quia nihil libenti/us iudices audiunt. Aliquando tamen hūc ordinem mutabit utilitas: ut si ī iure minus fiduciæ erit: æquitate iudicem præ paremus. Nihil habui amplius quod in uniuersū præciperē Nūc eamus per singulas causarum iudicialium partes: quas ut persequi ad ultimam speciem idest ad singulas lites cōtro uersiasq; nō possum: Ita ī generalibus scribere licet: ut quæ in quenq; statū frequentissime incidant tradam. & quia natura prima quæstio est: factūne sit: ab hoc ordiar.

De coniecturæ diuisione.

c Oniectura omnis aut de re: aut de animo est. Vtriusq; tria tempora præteritū. præsens. futurꝝ. De re & gene/rales quæstiones sunt & definitæ. i. & quæ non continētur: & quæ continentur. De animo quæri non pōt nisi ubi persona est: & de facto constat. Ergo cū de re agitur aut quid factum sit ī dubium uenit: aut qd fiat: aut sit futurū: ut in generalibus An atomorum concursū mūdus sit effectus. An prouidentia regatur. An sit aliquādo casurus. In definitis an parricidium commiserit Roscius. An regnum affectet Manlius. An recte Verrem sit accusatus. Q. Cælius. In iudiciis præteritū tem/pus maxime ualet. Nemo enim accusat nisi quæ facta sunt. Nam & quæ fiant & quæ futura sint ex præteritis colligun/tur. Q uærit & unde qd ortum: ut pestilētia ira deum. an ī/tēperie cæli. an corruptis aqs. an noxio terræ halitu. & quæ causa facti: ut quare ad troiam quinq̄ginta reges nauigaue/rint. iureiurando adacti. an exemplo moti. an gratificantes atridis. Q uæ duo genera non multū inter se distant. Ea ue/ro quæ sunt præsentis temporis si non argumentis: quæ ne/cesse est præcessisse: sed oculis deprehendenda sunt: nō egent coniectura: ut si apud lacedæmōios quærat. An athenis mu ri fiant. Sed & illud pōt uideri extra hoc propositū coniectu ræ genus: cū de aliquo homine quærit quid sit: ut est quæsi/tū cōtra Vrbiniæ hæredes: si is q tanq̄ filius petebat bona: fi/gulus esset: an Sosipater. nā & sustantia eius sub oculos ue/nit: ut non possit quæri an sit: quomodo: an ultra oceanū. nec qd sit. nec q̄le sit: sed qs sit. Verū hoc quoq; genus litis ex præ terito pendet. An hic sit ex Vrbinia natus Clusinius figulus. Fuerūt aūt tales nostris etiam temporibus cōtroversiæ: atq; aliquæ ī meū quoq; patrociniū ꝯciderūt. Animi cōiectura nō

uideatur hoc ultimum quid ponitur pro aliquid. Illud prius pro definitione. Qua mente Pyrrhus fœdus petat. Quærit per cõiecturã & q̃litatem circa modũ ſpeciẽ. numerũ. Aſteriſco ſignãdus eſt hic locus niſi corrigat. Nullus. n. iteger ſenſus elici poteſt. Quod ſi qualitas legeret illo accuſatiuo expuncto: perſpicuus fuerit ſenſus. Qualitatẽ aũt accipiamus quodcũq; accidẽs: quo quidẽ modo quãtitatẽ quoq; cõplectit: quod aperte quæ ſubiiciũtur exẽpla declarãt. Maius bellũ troianũ an Peloponeſiũ. Peloponeſiacũ mihi uidet eſſe legendũ. hoc aũt in principio ſtatim ſui operis Thucydides tradit. Interim ſeparatũ. Separatã ut ad quæſtionẽ referat legendũ. Nã interdũ & ad facto & de facti quærit auctore. Interdũ de facto conſtat. de auctore uero quærit: uel cõtra. Et cũ icertã aut in extrariã uitã aut in ipſius qui petit uoluntatẽ. Errores quidẽ huius loci facile deprehendunt: ſed quonã pacto poſſint emẽdari nõ ita apparet. Quod ſi uitã expũgere nobis permitteremus ut ocioſam: facile reliqua corrigerẽtur. Nã in certã diuiſim nota hipodiaſtoles appoſita. & perit loco illius petit: cum cædis ſit exemplũ: uidet eſſe legendũ. Incertæ aũt perſonæ idcirco nullũ ſubiicit exemplũ: qđ nullã recipit diuiſionẽ nullãq; præ ſe fert dificultatẽ. hoc modo. Et cũ in certã: aut i extrariã aut in ipſius qui perit uoluntatem.

dubie in omnia tempora cadit. Q ua mente Ligarius in africa fuerit. Q ua mẽte Pyrrhus fœdus petat. Q uomodo laturus ſit Cæſar: ſi Ptolemæus Pompeium occiderit. Q uæritur p coniecturã & qualitatem circa modũ. ſpeciẽ. numerũ. An ſol maior q̃ terra. Luna globoſa. an plana. an acuta. Vnus mundus: an plures. Itemq; extra naturales quæſtiones. Maius bellum troianum an peloponnenſium. Q ualis clipeus Achillis. An unus Hercules. In iis autem quæ accuſatione ac defenſione conſtant: unum eſt genus: in quo quæritur & de facto & de auctore: quod interim coniunctam quæſtionem habet: & utrũq; pariter negatur. Interim ſeparatum cum & factum ſit nec ne: & ſi de facto conſtet: a quo factum ſit ambigitur. Ipſum quoq; factum aliquãdo ſimplicẽ quæſtionẽ habet. an homo perierit. Aliquando duplicẽ ueneno: an cruditate perierit. Alterum eſt genus de facto tantum: cum ſi id certum ſit: non põt de auctore dubitari. Tertium de auctore tantum cũ factum conſtet: ſed a quo factum ſit in cõtrouerſiam uenit. Et quod tertio loco poſui non ẽ ſimplex. Aut enim reus feciſſe tãtum modo negat: aut alium feciſſe dicit. Sed ne in alterum quidem trãſferendi criminis una forma eſt. Interdum enim ſubſtituitur mutua accuſatio quã græci ἀντικατηγορίαν uocant. noſtrum qdã concertatiuam. Interdum in aliquam perſonam: quæ extra diſcrimen iudicii ẽ tranſfertur: & alias certam. alias incertam. Et cum incertam aut in extrariam uitam: aut in ipſius qui perit uoluntatem. In quibus ſimilis atq; i ἀντικατηγορία perſonarum. cauſarũ cæterorũ comparatio eſt: ut Cicero pro Vareno in familiam anchariam. pro Scauro circa mortem Boſtaris in matrem auertẽs crimen facit. Eſt etiam illud huic contrarium cõparatiõis genus: in quo uterq; a ſe factum eſſe dicit. Et illud in quo nõ perſonæ inter ſe: ſed ipſæ res colliduntur: id ẽ nõ uter fecerit. ſed utrum factum ſit. Cum de facto & de auctore cõſtat: de aĩo quæri põt. Nũc de ſingulis. Cum pariter negatur hoc modo. adulterium non cõmiſi. Tyrãnidem non affectaui. In cædis ac ueneficii cauſis freqũs illa diuiſio. nõ ẽ factũ: & ſi ẽ factũ ego nõ feci. Sed cũ dicimus. pba hominem occiſum: accuſatoris tantũ partes ſunt. a reo nihil dici contra præter aliquas fortaſſe ſuſpiciones põt: quas ſpargere q̃maxime uarie oportebit: quia ſi unũ aliqd affirmaris: pbãdũ ẽ: aut cã piclitãdũ. Nam ut cum inter id quod ab aduerſario: & id quod a nobis propoſitum eſt quærit uidetur utiq; alterũ uerũ: ita ex euer

Certorũ cõparatio eſt. Cæterorũ emendare in quibuſdã legit exẽplaribus. Vt Cicero p Vareno. Si p Vareno oſo ac p Scauro extaret: facilius pciperent quæ a Fabio tradũtur. Nũc de ſingulis. Hic eſt diſtiguendũ: ut extriſecus tractandũ eſt uel ſimile uerbũ ſubaudiat. Cum pariter negat hoc mõ. Quãuis ſic legi ſolitũ ſit: mihi tamẽ corruptus hic locus ẽ uidet. Qui quidem ut ego ſentio ita põt emẽdari: ſi utrũq; aſcribat: ut legat. Cũ pariter utrũq; negat. Sic aũt eſſe legendũ facile ex iis quæ paulo ante præcepit Fabius colligi poteſt. In iis autẽ iquit quæ accuſatione ac defenſione conſtant unũ eſt genus: in quo quærit & de facto & de auctore: quod iterim cõiunctam quæſtionẽ habet: & utrũque pariter negatur. Sic igitur hic quoque legẽdum uidetur. ſingulis eni membris factæ diuiſionis exẽpla ſubiiciuntur. Nam ut cum inter id quod ab aduerſario: & id qđ a nobis propoſitum eſt: quæritur: uidetur utique alterum uerum: ita ex euerſo quo defendimur: reliquũ eſt quo præmimur. Aduerſo pro euerſo conſtat quidem eſſe legendum. Sed ne ſic quidem e ſenſu tollitur obſcuritas: quæ ex depraua/tionibus oritur: niſi unum ac eſt uerbum aſcribatur hoc modo. Ita ex aduerſo unum eſt quo defendimur. reliquum quo premimur

Cum ex aliqua ipsa citra personā
Hic uerba dūtaxat transpolita sunt quæ sic ī ordinem rediguntur, Cū ex ipsa aliqua citra personā quoq; argumenta ducūtur. Refert enī conuiuium præcesserit an tristicia, laborantiū uigilia, an quies, Quid sibi uelit hoc loco participium illud laborantium mihi non liquet. Sensum certe perturbat. Quare nō eradendum quidem sed in tria uerba mihi uidetur distinguendum o uocali duntaxat ascripta, hoc modo: labor an otium, Sic enim pulcherrime cum sequentibus quadrat, Tametsi exēplaria quæ quidem ego uiderim: huic emendationi refragentur. Manifestum quis potionem dederit: quæ si ueneni fuit: nulla quæstio de auctore, Parum acute intuenti hic quidē mendis carere uidetur: eoq; hactenus corrupte fuit lectus, Nam illa quatuor uerba, Quæ si ueneni fuit, non modo sensum non iuuare: sed magno quoque impedimento esse uidentur: ne ipsum plene percipiamus. Cum igitur penitus superuacua sint: uel refragantibus exemplaribus eradenda sunt ut legatur, Manifestum quis potionem dederit, nulla quæstio de auctore. De uno reo consilium cogitur. Enim coniunctio īcuria librariorum omissa omnino est reponenda. Sic enim in quibusdam quoque exemplaribus legitur. De uno enim reo cōsilium cogitur, hoc est super uno nanque reo iudicium constituitur. Cogere nanque consilium est iudices ad iudicandum congregare. Etiam & siqui sunt qui inuicem accusent: alterum iudiciū præferre necesse est Etiam copula cū a sensu non agnoscatur: mihi prorsus expūgenda uidetur ac se pronomen ascribendū ut legamus, Qui se iuicē accusent.

An etiam si de uno fertur, Hunc sensum corruptum esse patet. Quonam pacto autem sit emendandus difficile est uidere. Fortasse autem sic corrigeret si loco illius copulæ etiam sententia legatur: & feratur a uocali ascripta, hoc modo, an sentētia de uno feratur. Nam qui dicit ego non occidi habet reliquam partem: ut dicat, tu occidisti. Superuacuum habet postea dicere ego non occidi. Manifeste hic aliquid sensui necessarium deest: quod ut a librariis prætermitteretur illud uerbū so quo defendimur reliquum ē quo premimur. At cū quæri mus de ābiguis signis cruditatis & ueneni: nihil tertiū ē. Iōq; utraq; pars quod ꝓposuit tuet. Interī aūt ex re quærit: uenecficium fuerit aut cruditas: cū ex aliqua ipsa citra ꝓsonā quoq; argumenta ducunt. Refert enim conuiuiū præcesserit an tristitia, laborantiū uigilia, an quies, ætas quoq; eius qui perierit discrimen facit. Interest subito defecerit: an longiore ualitudine consumptus sit, liberior adhuc in utrāq; partem disputatio: si tantū subita mors in quæstionē uenit. Interim ex persona ꝓbatio rei petit: ut ꝑterea credibile sit uenenū fuisse: quia credibile est ab hoc factum ueneficiū: uel cōtra. Cum uero de reo & de facto quærit: naturalis ordo est ut prius factum esse accusator ꝓbet: deinde a reo factum. Si tamen plures in ꝓsona ꝓbationes habuerit: conuertit hūc ordinē. Defēsor aūt prius negabit eē factū: quia si in hac parte uicerit: reliqua non necesse habet dicere. Victo supest ut tueri se possit. Illic quoq; ubi de facto tātū cōtrouersia est: quod si ꝓbet: nō possit de auctore dubitari: similiter argumenta & ex persona & ex re ducunt: sed in unā facti quæstionē: sicut in illa controuersia. Vtēdū est. n. & his exemplis: quæ sunt discentibus magis familiaria. Abdicatus medicinæ studuit. cū pater eius egrotaret: desperantibus de eo cæteris medicis: adhibitus sanaturum se dixit: si is potionē a se datam bibisset. Pater acceptæ potionis ꝑpota parte dixit uenenū sibi datū. filius quod reliquū erat exausit. pater decessit. Ille parricidii reus est. Manifestum quis potionē dederit: quæ si ueneni fuit: nulla quæstio de auctore. tamen an fuerit uenenū ex argumētis a persona ductis colliget. Supest tertiū in quo factum esse cōstat aliquid: a quo sit factū quæritur. Eius rei superuacuū ē ponere exēplum: cū plurima sint huiusmodi iudicia: ut si hoiem occisum esse manifestū ē: uel sacrilegiū cōmissum. Is autem q arguit fecisse neget. Ex hoc nascit ἀντικατηγορία. Vtiq; hoc factū eē conuenit: quod duo inuicem obiiciūt. In quo q dē genere causaꝝ admonet Celsus fieri id in foro non posse: quod neminē ignorare arbitror. De uno reo cōsilium cogit. etiā & siq sūt: qui se inuicē accusēt: alterū iudiciū præferre necesse ē. Apollodorus quoq; ἀντικατηγοριαν duas eē cōtrouersias dixit. & sūt re uera secundū forense ius duæ lites. Pōt tamen hoc genus in cognitiōem uenire senatus aut principis. Sed in iudicio quoq; nihil interest actionū utrum simul de utroq; pronuncietur. an etiam si de uno fertur: quo in genere semp prior debebit esse defensio. Primum quia natura potior est salus nostra q̄ aduersarii pernicies. Deide q̄ plus habebimus in accusatione auctoritatis: si prius de innocentia nostra constiterit. Postremo q̄ ita demum duplex causa erit.

Nã q dicit ego nõ occidi: habet reliquã ptẽ: ut dicat, tu occidisti. ſuperuacuum habet poſtea dicere ego nõ occidi. Hæ proactiones conſtãt comparatione, ipſa comparatio non una uia ducitur. Aut enim totam cauſam noſtram cũ tota aduerſarii cauſa componimus, aut ſingula argumenta cũ ſingulis. Quorũ utrum ſit faciendũ nõ põt niſi ex ipſius litis utilitate cognoſci: ut Cicero ſingula pro Vareno cõparat in primo crimine. Eſt. n. ſuperior ꝓſona alieni cũ ꝓſona matris temere cõparet. Quare optimũ eſt fieri poterit: ut ſingula uincant a ſingulis. Sed ſiquãdo in ptibꝰ laborabimus: uniuerſitate pugnãdũ eſt: ſiue inuicẽ accuſant: ſiue crimen reus citra accuſationem ĩ aduerſariũ uertit: ut Roſcius ĩ accuſatores ſuos: q̃uis reos nõ feciſſet: ſiue ĩ ipſos quos ſua manu periiſſe dicemus: factum deflectitur: nõ aliter q̃ ĩ iis quæ mutuã accuſationem habent. Vtriuſq; partis argumenta inter ſe cõparant. Id aũt genus de quo nouiſſime dixi non ſolum ĩ ſcholis ſæpe tractatur: ſed etiam in foro. Nam id eſt in cauſa. Neuii appiniani ſolum quæſitum. Præcipitatane eſſet ab eo uxor: An ſe ipſa ſua ſponte ieciſſet. Cuius actionem equidem ſolam in hoc tẽpus emiſeram: quod ipſum effeciſſe ſeductũ iuuenili cupiditate gloriæ fateor. Nam cæteræ quæ ſub nomine meo ferũtur: negligentia excipientiũ in quæſtum notariorum corruꝓte minimam partem mei habent. Eſt & alia duplex coniectura huic αντικατηγορια diuerſa de premiis: ut in illa cõtrouerſia. Tyrãnus ſuſpicatus a medico ſuo datum ſibi uenenum torſit eum: & cum id dediſſe ſe negaret: accerſit alterum medicum, ille datum ei uenenum dixit: ſed ſe antiodotum daturum: & dedit ei potionem: qua epota tyrannus deceſſit. De premio duo medici contendunt. Nam ut illic factum in aduerſarium tranſferentiũ: ita hic ſibi uendicantium perſonæ, cauſæ, facultates, tempora, inſtrumenta, teſtimonia comparãtur. Illud quoq; & ſi non eſt αντικατηγορια: ſimili tamẽ ratione tractatur: in quo citra accuſationem quæritur: utrũ factũ ſit. Vtraq; enim pars expoſitionem ſuam habet: atq; eã tuetur: ut in lite urbiniana: petitor dicit Cluſinum figulum filium Vrbiniæ acie uictã: in qua ſteterat: fugiſſe: iactatumq; caſibus uariis retentum etiam a rege, tandem ĩ italiam ac patriam ſuam marginos ueniſſe: atq; ibi agnoſci. Pollio contra ſeruiſſe eum piſauri dominis duobus, medicinam factitaſſe, manumiſſum alienæ ſe familiæ uenali immiſcuiſſe: ac rogantem ut eis ſeruiret emptũ. Nõne tota lis conſtat duarũ cãrũ cõparatiõe & coniectura duplici atq; diuerſa? Quæ autẽ accuſantium atque defendentium eadem petentium & inficiantium ratio eſt. Ducitur coniectura primum a præteritis. In his ſunt perſonæ, cauſæ, conſilia. Nam is ordo eſt ut facere uoluerit, potuerit, fecerit. Ideoq; intuendũ ante omnia quaſæpius repetitum ĩ cauſa fuit. Mihi uero hæ quinque dictiones hoc in loco deſiderantur. Atqui dicit, Tu occidiſti. Itaq; a Fabio ſcriptum fuiſſe puto. Nam qui dicit ego non occidi: habet reliquam partem ut dicat: tu occidiſti. At qui dicit tu occidiſti: ſuperuacuum habet poſtea dicere ego non occidi. Eſt enim ſuperior perſona alieni cum perſona patris temere compararetur. Cum particula aſcridenda & comparet legendum uidetur, hoc modo. Eſt enim ſuperior cum perſona alieni cum perſona matris comparetur. Hæc autem pro Vareno: ut dixi: Ciceronis oratio non extat. Vt Roſcius in accuſatores ſuos. Qui plene hoc noſſe cupit: legat Ciceronis orationem pro Roſcio paricidii reo. Illic enim oſtendit, M. Tullius non a Roſcio patrem ſed ab ipſis accuſatoribus fuiſſe interfectum. Quãuis reos nõ feciſſet, Accuſaſſet, nam reum facere eſt accuſare. Cuius actionem. Sic quidem recte legi uidetur: ut cuius cauſæ intelligatur. Sed quam loco cuius fortaſſe rectius legeretur hoc modo. Quam actionem, hoc eſt. Quam orationem q̃uis actio pronunciatio quoque dicatur. Quod ipſum effeciſſe ſeductum iuuenili cupiditate gloriæ fateor. Me aſcribendum & feciſſe nõ effeciſſe legẽdum puto. Eſt & alia duplex coniectura huic αντικατηγορια diuerſa. Datiuus ille græcos cum latino pronomine eſt copulatus. Non autem negandi aduerbiũ ut integer ueruſq; ſenſus habeatur mihi uidetur aſcribẽdum: q̃uis exẽpla refragentur hoc modo. huic αντικατηγορια non diuerſa. Sic autẽ eſſe legendum: facile quæ ſequuntur oſtendunt. Nam ut illic inquit factum in aduerſarium tranſferentium: ita hic ſibi uendicantium: & cætera. Sed ſe Antiodotum daturum. Antidotum ſcribẽdum: ut ſit quadriſyllabum. Antidotum ꝓprie tranſfertur contra datum. Sed in frequentiſſimo eſt uſu pro medicinis quæ contra uenena exhibentur: Vnde Mithridatis Antidotum

Vt in litæ urbiniana petitor dicit Eluſinum Figulum filium urbiniæ. Cluſinum in quibuſdam recte legitur exemplaribus. Eius autem litis actiones non extant.

Quod læsum & uulneratum reum sperauere hic inuidia opprimi posse. Hac legendum esse non hic: ne dubium quidē est ullū. Contra quam loci oriunt' sæpe a persona prior dicit argumēta defensor: & interim generaliter. Sic quidem recte legi uidet'. Sed quatuor hæc uerba. Prior dicit argumēta defensor. contenderim ab imperitorum aliquo a margine in contextum fuisse transcripta. Certe perturbāt sensum alias perspicuum. obliuantur ergo: sicque legatur. Contra quam loci oriuntur sæpe a persona & interim generaliter. loci uero illi sunt q̄ a Fabio subiiciunt': & generales & speciales. Incredibile est a filio uirū occisum. Et sensus patrem exigit pro uiro & ita in quibusdam legit' exēplaribus. sed ab uxore quoque ascribendū uidetur ut legamus a filio patrē ab uxore uirum occisum.

Sed proīde paupertas humilitas. opes ut cuique ingenio uis est in diuersum trahuntur. Vbique fere in exēplaribus perinde in illud p̄inde: cum longe differant est permutatum. Perinde enim hic quoque legendum est.

Nec pro ἐγκαίνια ducendum scelus primum. Si ἐγκαίνια legendum est: ea præpositio pro omnino ē expūgenda. Nam ἐγκαίνια duntaxat in plurali declinantur: Dicuntur autem templorū dedicationes aut earum celebritates. Et quia nihil obiicit: omisisse credi potest maledicta tanquam superuacua. A uocalis expungenda est ut qui legatur. Quod Cicero multis orationibus. In præpositio ascribenda uidetur: ut in multis orationibus legatur. Qui in omnibus malis præmebatur. In præpositio hic otiosa: in sensum superiorem transferatur. At si proponitur cur factum sit: aut falsam causam. aut leuem. aut ignotam pro reo dicet. Non a Fabio sed ab eorum

lis sit: de quo agit'. Accusatoris aūt ē efficere: ut siqd obiecerit: nō solū turpe sit: sed etiā crimini de quo ē iudiciū q̄maxime conueniat. Nā si reū cædis impudicū: uel adulterū uocet: lædat qdā infamia: minus tamē hoc ad fidē ualeat: q̄ si audacem. petulantē. crudelem temerariū ostenderit. Patrono si fieri poterit: id agendū est ut obiectat uel neget: uel defendat: uel minuat. proximum est ut a præsenti quæstione separet. Sunt enim pleraq̄ non solum dissimilia: sed etiam aliquando contraria: ut si reus furti prodigus dicatur aut negligens. Neque enim uidetur in eundem contemptus pecuniæ: & cupiditas cadere. Si deerunt hæc remedia ad illa declinandum est non de hoc quæri. nec eum q̄ aliquando peccauerit: utiq; commisisse omnia. & hanc fiduciam fuisse accusatoribus falsa obiiciendi: quod læsum & uulneratum reum sperauere hic inuidia opprimi posse. Alia propositio est accusatoris: contra quam loci oriūtur sæpe a persona. Prior dicit argumēta defensor & interim generaliter. Incredibile esse a filio uirum occisum. ab imperatore proditā hostibus patriam. Facile respondetur: uel q̄ omnia scelera in malos cadant: ideoq; sæpe deprehensa sint. uel q̄ ingenium sit crimina ipsa atrocitate defendi. Interim proprie: quod est uarium. Nam dignitas & tuetur reum: & nonnunq̄ ipsa in argumentū facti conuertit': tanq̄ inde fuerit spes impunitatis: sed peride paupertas: humilitas. opes: ut cuiq; ingenio uis est: in diuersum trahūtur. Probi uero mores. ante actæ uitæ integritas nunq̄ non plurimum profuerint. Si nihil obiicietur: patronus qdem in hoc uehementer incumbet. Accusator autem ad præsentem quæstionem de qua sola iudiciū sit: cognitionem allegabit. dicens neminē non aliquando cœpisse peccare: nec pro ἐγκαίνια ducendum scelus primum. Hoc in respondendo. Sic autem præparabit actione prima iudicum animos: ut noluisse potius obiicere: q̄ non potuisse credatur. Eoq; satius est omni se ante actæ uitæ abstinere conuicio: q̄ leuibus: aut friuolis: aut manifesto falsis reum incessere: quia fides cæteris detrahitur: & qui nihil obiicit: omisisse credi pōt maledicta tanq̄ superuacua. qui uana congerit: confitetur uanum in ante actis argumentum: i quibus uinci q̄ tacere maluerit. Cætera quæ a personis duci solent in argumentorum locis exposuimus. Proxima est ex eausis probatio: in quibus hæc maxime spectātur ira. odium. metus. cupiditas. spes. Nam reliqua in has species cadunt: quorum siquit in reū cōueniet: accusatoris est efficere ad quicquid faciendum causæ ualere uideantur: easque quas in argumentū sumet augere: Si minus: illuc conferenda est oratio: aut aliquas fortasse latētes fuisse: aut nihil ad rem pertinere cur fecerit: si fecit: aut etiam dignius esse odio scelus: q̄ non habuerit causam. Patronus uero quotiens poterit instabit huic loco: ut nihil credibile sit factum esse sine causa. Quod Cicero uehemētissime multis orationibus tractat: præcipue tamē p̄ Vareno: q in omnibus malis premebat'. nā & dānatus ē. At si p̄ponit' cur factū sit: aut falsā cām: aut leuē: aut ignotā p̄ reo dicet.

aliquo sibi qui omnia arrogant atq; immutare nulla: cur id faciant: reddita ratione permittūt: eam prepositionē pro fuisse ascriptā cōtenderim. Qui. n. Quintilianus sic scripsisset: cū īsulsissimus appareat sensus? Quis nāq; patronus nō pro reo dicit? Profecto nemo: cum etiā patroni qui preuaricant: se pro reo dicere simulēt. Ne igit Fabio tales ascribant ieptiæ: prepositio ipsa, prius: ut sensus ueritatē itegritatemq; cōfundēs eradat emēdateq; sic legat. Aut ignotā reo dicet. Causis. n. sic quoq; respōdere solemus: cū dicius eas reo fuisse ignotas. Neq;. n. qsq; ea causa mouet ad aliqd faciendū: quā ignorat. Nā quē posse reperiri qui nō metuat. oderit. speret. Nisi uererer ne cui uidear audacior: cēserē huic sēsui duo uerba irascat cupiat esse ascribenda: ut oēs huiusmodi affectus cōprehēderentur. Cū īterrogatiōe aūt sine cōtrouersia legendū est. Nā hoc magis generale rectiorq; diuisio. Aut nullū crimē credibile aut hoc. Inuitus eqdē facio ut qcq̄ imutē: uereorq; ne mihi id uitio uertat: sed cū siqd sentiā ostēdero: libeq; tamē unicuiq; reliquat iudiciū: amore pulcherrimi opis nō grauabor oēm istoq; subire calūniā. Hæc qdē diuisio Aut nullū crimē credibile aut hoc: mendis paq; acute ītuēti carere uidetur. ego uero nō ad psonam referri: ut uult Fabius: sed ad rē facile cōtēderi Quid. n. ad psonā si aut nullum crimē est credibile, aut hoc? Profecto nihil. Quare fortasse in nullo & in hoc uel refragātibus exēplaribus ē legēdū, hoc mō. Aut in nullo crimē credibile aut ī hoc. Sic. n. manifeste ad psonā hæc referet diuisio. Pōt tamē idipsum sicut plerūq; uertere utilitas. Cū plerūq; sit aduerbiū sensus aūt nomē exigat, pleraq; etiā refragātibus exēplaribus legēdū ē affirmarim. An etiā si ignoratū eēt absolui. Emādate in aliis exēplaribq; legit nō eēt. Inspiciunt utiq; difficultates & occasiones quæ sunt plurimæ. & copula ascribenda uidetur

possūt esse aliquæ iterim ignotæ. An hæredem habuerit. An accusaturus fuerit eū: a quo dicit occisus. Si alia defecerit nō utiq; spectādas eē cās. Nam quē posse reperiri q non metuat. oderit. speret. plurimos tamen hæc salua innocētia facere: neq; illud ē omittendū: nō oīs causas in oībus psonis ualere Nā ut alicui sit furandi cā pauptas: non erit idē in Curio Fabricioq; momētū. De cā prius an de persona dicēdū sit quæritur: uarieq; est ab oratoribus factū. a Ciceroē etiā prælatæ frequēter causæ. Sed mihi si neutro litis conditio præponderet: secūdū naturam uidet icipere a persona. Nā hoc magis generale est: rectiorq; diuisio. Aut nullū crimē credibile. aut hoc. Pōt tamen id ipsū sicut plerūq; uertere utilitas. Nec tantū causæ uolūtatis sūt quærendæ: sed interī & erroris: ut ebrietas & ignorantia. Nam hæc ut in qualitate crimē eleuāt: ita in cōiectura premūt. & persona qdem nescio: an unq̄ utiq; in uno actu rei possit icidere: de qua neutra ps dicat. De causis frequēter quæri nihil attinet: ut in adulteriis: ut ī furtis: qa illas per se ipsa crimina secū habent. Post hæc intuenda uidentur: & consilia quæ late patēt: an credibile sit reū sperare id a se scelus effici posse: an ignorari cū feciſſet. an etiā si ignoratū eēt absolui. uel pœna leui tarnsigi. uel tradiore. uel ex q̄ mius incōmodi consecuturus: q̄ ex facto gaudii uideret. an etiam tanti putauerit pœnam subire. Post hæc an alio tempore: & aliter facere: uel facilius uel securius potuerit: ut dicit Cicero pro Milone enumerās plurimas occasiōes: qbus ab eo Clodius īpune occidi potuerit. Præterea cur potissimū illo loco. illo tēpore. illo mō sit aggressus: q & ipse diligentissime tractatur, p eodem locus. An etiā si nulla rōne ductus ē: impetu raptus sit & absq; sentētia. Nā uulgo dicit. Scelera non habere consiliū. An etiam consuetudine peccādi sit allectus. Excussa prima pte an uoluerit: seqt an potuerit. Hic tractat locus. tēpus: ut furtū in loco clauso. frequēti tēpore uel diurno cū testes plures: uel nocturno cū maior difficultas. Inspiciūt utiq; difficultates. occasiōes quæ sūt plurimæ. Ideoq; exēplis nō egēt. Hic sequēs locus talis ē: ut si fieri nō potuit sublata lis sit Si potuit sequat quæstio. an fecerit. Sed hæc ēt ad animi cōiecturā pertinēt. Nā & ex his colligit an sperauerit. Ideo spectari debent & īstrumenta: ut Clodii ac Milonis comitatus.

Quæstio an fecerit. Incipit a secundo tēpore id ē præsēti: ac

Quæstio an fecerit incipit a secūdo tempore id est præsenti ac deinde coniuncto. Etsi præceptum hoc mendis carere uidetur: si tamen sibi constare Fabius cēsendus est: paulo cōfusius deprehendetur. Coniūctum nanq; tempus cum alibi tum in quinto ubi de probatione artificiali differit, pro præsēti accipit. hic aliud eē a præsēti sentire uidet. nec satis patet quod tēpus coniūcto attribuat. Quod si insequēti illud qd ex interuallo subiicitur: coniuncto ascriberet & sensus perspicuus esset & Fabius cādidus hic quoq; esse uideretur. Cum enim cōiunctum tēpus pro præsenti, p prie ponatur: utpote quod & preterito & futuro iūgatur: tamen pro futuro quoq; poni potest. Nā futuq; præsenti adhæret. Quare mihi Fabius uidetur ut secundum pro præsenti ita coniunctum pro insequēti exposuisse: simulq;

eoꝝ exẽpla ſubieciſſe, hoc mo/
do. Quæſtio an fecerit incipit a
ſecundo tempore id eſt præſen/
ti: ac deinde cõiuncto hoc eſt, in
ſequenti: quoꝝ ſunt ſonus, cla/
mor, gemitus, latitatio, metus, ſi
milia. Sic autem eſſe legendum
etiam ille genitiuus quoꝝ aper
te oſtendit, Præſens uero tẽpus
ſcite Fabius uocat ſecundũ. Nã
preteritum primum eſſe dicit,
inſtans ſecũdum. Futuꝝ tertiũ.

Sed uerba magis nocent aut
minus, magis proſunt noſtra
quam aliena, magis proſunt &
minus nocent aliena quam no/
ſtra. Ita deprauatus eſt hic locus
ut aparet falſa ac contraria ſint
quæ ex iſtis coliguntur ſenſi/
bus. Sine controuerſia nanque
falſum eſt noſtra uerba magis
prodeſſe quam aliena, alioqui
ſtatim non ſubiiceretur: magis
proſunt & minus nocent aliena
quam noſtra. Quare minime
minor ſi pauci admodum e ꝓ/
feſſoribus hoc opus legere ag/
greſſi perlegere ab auditoribus
deſerti potuerunt: cum fere plu
res corrupti ſenſus deprehẽdan
tur eſſe q̃ integri habeãtur. Sed
mihi diutius ſcrutanti ſic tandẽ
emendari poſſe uidetur: ſi tria
hæc uerba aſcribantur, nocent
& minus, ut legatur: Sed uerba
magis nocent aut minus, magis
nocẽt & minus proſunt noſtra
q̃ aliena, magis ꝓſunt & minus
nocent aliena q̃ noſtra. Ita nanq;
& perſpicuus & ĩteger eſt ſenſus
Nec ignoro in aliis exẽplaribus
ſic legi ut falſa præcipere Fabius
coarguatur. Tamẽ noſtra ſæ/
pe nobis nocent, pro nobis legẽ/
dum eſt magis. Cum autem
dicta factaque noſtratia. Legen/
dum mihi uidet noſtra. Cre/
diti & depoſiti duæ quæſtiones
ſed nunq̃ iunctæ. Hic ſenſus mi
hi emendatione indigere uide/
tur: eoq; eſt obſcurior ac minus
uerus: cum nonnunq̃ iunctæ eẽ
poſſint illæ duæ quæſtiones, an
datum ſit, an redditũ. Sic autẽ
corrigi poteſt ut ſunt uerbum
ac non negãdi aduerbium aſcri
batur, hoc modo. Crediti & de
poſiti duæ ſunt queſtiones ſed
non nunq̃ iũctæ. Pecunia cu/
ius auctor extat. Non particula
ſenſui eſt neceſſaria: ut legatur
deinde coniunctio: quorũ ſunt ſonus, clamor, gemitus. In ſequẽ
ti latitatio, metus, ſimilia. His accedunt ſigna de quibus tracta/
tum eſt. Verba etiam & facta: quæq; anteceſſerunt: quæq; ſe/
cuta ſũt. Hæc aut noſtra ſũt: aut aliena. Sed uerba magis nocent
aut minus, magis ꝓſunt noſtra q̃ aliena, magis proſunt & mius
nocent aliena q̃ noſtra. Facta autem interim magis proſunt no
ſtra: interim aliena: ut ſiquid quod pro nobis ſit aduerſarius fe/
cit. Semper uero magis nocent noſtra q̃ aliena. Eſt & illa in uer
bis differentia: q̃ aut aperta ſũt aut dubia: ſeu noſtra ſeu aliena
ſunt. Infirmiora in utrunq; ſint neceſſe dubia: tamen noſtra ſæ/
pe nobis nocẽt: ut in illa cõtrouerſia. Interrogatus filius ubi eẽt
pater: dixit ubicunq; eſt uiuit. at ille in puteo mortuus eſt inuen
tus. Aliena quæ ſunt dubia: nunq̃ poſſunt nocere: niſi aut incer
to auctore aut mortuo. Nocte audita eſt uox caueto tyranni/
cidam. & interrogatus cuius ueneno moriretur: reſpondit. non
expedit tibi ſcire. Nam ſi eſt qui poſſit interrogari: ſoluet ambi
guitatẽ. Cũ autẽ dicta factaq; noſtratia defẽdi ſolo aĩo poſſint:
aliena uarie refutantur. De uno quidem maxime genere conie/
cturalium controuerſiarum locuti uidemur: & in omnes aliqd
de his cadit. Nam depoſiti, furti, creditæ pecuniæ: & a facultati
bus argumenta ueniũt. an fuerit quod deponeretur: & a perſo/
nis. an illum depoſuiſſe apud hunc: uel hunc credidiſſe credibi
le ſit. an petitorem calumniari. an reum inficiatorem eſſe uel fu
rem. Sed etiam in furti reo ſicut ĩ cædis: quæritur de facto & de
auctore. Crediti & depoſiti duæ quæſtiones: ſed nunq̃ iunctæ.
an datum ſit. an redditũ. Habent aliquid proprii adulteri cau/
ſæ quod plerũq; duoꝝ diſcrimen eſt: & de utriuſq; uita dicendũ
q̃q̃ & id quæriť an utrũq; pariter defendi oporteat. Cuius rei cõ
ſilium naſcetur ex cã. Nam ſi adiuuabit ꝑs altera: cõiungam: ſi
nocebit ſepabo. Ne quis aũt mihi putet temere excidiſſe: quod
plerũq; duorũ crimen eſſe adulterium: non ſemper dixeri. Põt
accuſari ſola mulier incerti adulterii. Munera domi iuenta ſũt.
pecunia: cuius auctor nõ extat. condicilli dubiũ ad quẽ ſcripti.
In falſo quoq; ratio ſimilis. Aut enim plures in culpã uocantur:
aut unus. & ſcriptor qdem ſemper tueri ſignatorem neceſſe ha/
bet. ſignator ſcriptorem nõ ſemper. Nam & decipi potuit. Is au
tem qui hos adhibuiſſe: & cui id factum dicitur: & ſcriptorẽ &
ſignatores defendet. Idem argumentorum loci in cauſis prodi
tionis & affectatæ tyrannidis. Verum illa ſcholarum conſuetu
do ituris in forum poteſt nocere: quod omnia quæ in themate
nõ ſunt: pro nobis ducimus. Adulterium obiicis: quis teſtis? qs
index? quod precium? quis cõſcius? Venenum ubi emi? a quo?
quando? quanti? per quem dedi? Pro reo tyrãnidis affectatæ:
ubi ſũt arma? quos cõtraxi ſatellites? Neq; hæc nego eẽ dicẽda
& ipſis utẽdũ ꝑ ꝑte ſuſcepta. Nã & ĩ foro aliquãdo aduerſarius

non extat. In falso quoq; similis ratio est. Hoc est, in crimine falsi: quo accusari solent qui aut instrumēta corrumpunt, aut iurati falso aliquid affirmāt uel negant. Quærendū tamen semper quid cuiq; cōnectat' quid cuiq; cōsentiat. Sæpius iam dixi Quid cui cōgruat latine elegāterq; dici. Quare hic quoq; cui nō cuiq; legatur hoc modo, Quid cui connectatur.

Equit' cōiecturā finitio. Definitionis quoq; diuisionē ita describit Fabius, ut si mendæ absint: pceptu
s facillima uideat'. Primū aūt ostēdit quēadmodū cōiecturā sequit' finitio. Deide finitionis assignat definitionē. Tum diuisionē finitiuaq; causaq; subiūgit. Itaq; pluribus legibus idē quibus cōiectura uersat' defensionis tātum genere mutato. Sic quidē hactenus & a clarissimis ꝓfessoribus lectū est: ueꝝ ut mihi uidet' nō sine flagitiis: quibus totus cōfunditur sensus. Ea uero mihi diligent' intuenti sic tolli posse uidētur, ut pro pluribus plerunque: ac iisdem non idem legatur hoc modo. Itaq; plerūq; legibus iisdē: quibus coniectura uersat'. Illud succurrit nō est male tractare rēp. uerbis lædere. Sic quidē legit': sed corrupte ut pleraq; alia, exemplis enī exponit Fabius quo pacto a qualitate ad finitionem descendatur. Superiusq; expositā repetit exēpla. Quare mihi tria hæc uerba uident' ascribēda hoc dementē esse, ac ille ablatiuus uerbis ab aliquo īperitoꝝ adiectus oblitterandus, ut legat', Non est hoc dementem esse, male tractare rēp. lædere. Sic enim singula singulis superius positis respōdebūt, hoc est demētiæ, male tractationi, lædere reip. Ex quo illud quoq; apparet illum uerbis ablatiuum ab aliquo īdocto quidem sed temerario fuisse adiectū: qui rem, ad illud male tractare non ad ledere putauit referēdam. Sunt aūt themata declamatoria sane ꝗuulgata. Dementiæ nanq; patres a filiis accusant'. Male tractatiōis uiri ab uxoribus. lædere reip. Impatores a ciuibus. Finitio igit' rei ꝓpositæ ꝓpria & dilucida & breuiter compressa breuis enūciatio. Est uerbū mihi uidet' ascribēdū & pro cōpressa cōprehēsa legēdū, hoc mō. Finitio igit' est. In pluribus causis In præpositio eradat': ut ꝓpter plures cās itelligat'. Tū res est manifesta & quod noī cōstat, hic est distinguēdū. Adeo uero corruptus est hic locus ut uix possit emēdari: nō qn sēsus ex sequētibus saltē nō peciat': sed qđ qbus uerbis sit explicā-

probare non poterit: desiderabo. Sed in foro tātum illam facultatem olim desiderauimus: ubi non fere cā agitur: ut non aliquid ex his aut plura ponantur. Huic simile est quod i epilogis quidam: qbus uolūt liberos, nutrices, pētes accōmodāt: nisi q; magis concesseris ea quæ non sint posita desiderare: q̄ dicere. De animo quo modo quæratur satis dictum est: cū ita diuiserimus, an uoluerit, an potuerit, an fecerit. Nā qua uia tractatur an uoluerit: eadē quo animo fecerit. Id enim est, an male facere uoluerit. Ordo quoq; rerum aut affert: aut detrahit fidem, multo scilicet magis res prout congruūt: aut repugnant, sed hæc nisi in ipso complexu causarum nō deprehenduntur. Quærendum tamen semper quid cuiq; cōnectat': & quid cuiq; consentiat. De finitione.

s Equitur coniecturam finitio. Nam qui non pōt dicere nihil feciſſe: proximum habebit: ut dicat: nō id feciſſe quod obiiciat'. Itaq; pluribus legibus idē qbus coniectura uersat': defēsiōis tātū genere mutato: ut i furtis depositis adulteriis. Nā quemadmodum dicimus, non feci furtum, non accepi depositum, non commisi adulterium: ita non est hoc furtum, non est hæc mutatio, non est hoc adulterium. Interim a qualitate ad finitionem descenditur: ut in actiōibus demētiæ, malæ tractationis, reipu. læsæ. In quibus si recte facta eē quæ obiiciuntur: dici non pōt: illud succurrit, non ē male tractare rēpu. uerbis lædere. Finitio igitur est rei propositæ propria: & dilucida: & breuiter compressa uerbis enunciatio. cōstat maxime: sicut est dictum: genere, specie, differentibus, ꝓpriis: ut si finias equū (Noto enim maxime utar exemplo) Genus est animal. Species mortale. Differētia irrationabile. (Nam & homo mortale erat). Proprium hinniens. Hæc adhibetur orationi in pluribus causis: Nam tum est certum de nomine. Sed quæritur quæ res ei subiicienda sit. Tum res est manifesta: & quod nomine constat, de re dubium est. Interi coniectura est: ut si quæratur quid sit deus: Nam q id neget deū esse spiritū omnibus partibus immixtū: nō hoc dicat falsam esse illius diuinæ naturæ appellationē: sicut Epicurus q

tus nō liquet. Idē nāq; sensus pluribus modis exprimi pōt, ut hic Nā tū sic explicaret', Tū res ē manifesta: sed quo noīe appellāda sit nō cōstat, tū sic. Sed đ noie nō cōstat, qđ qdē mihi magis ꝓbat', Nā i definitōe iterdū de noīe, iterdū de re quærit'. Cū. n. constat de noīe: quæstio est de re: cū res est certa: quærit' de noīe, est igit' bimēbris hæc diuisio. Quare loco illius copulæ & legat' sed, loco illius qđ reponat' đ præpō, ac nō negatiua ꝓticula ascribat', hoc mō. Sed de noie nō cōstat. De re dubiū, iteri cōiectura ē. Huic sēsui mihi aliqd deeē uidet': quo cōnecti possit. Neq; n. sunt plures sensus. Sic autē coniūgi potest: si cum aduerbium i principio ascribatur hoc

mõ. Cũ de re dubium est: interim coniectura est. Alterum nanq; membrum assignatæ diuisionis exponitur.

Nomine uterq; uno utitur. Sed particula ut ascribatur elegantiæ ratio exposcit. Quotiens enim ita unum negatur: ut aliud affirmetur: sed particula affirmationi solet apponi. ut non hoc dicit. falsum esse nomen: sed nomine uterq; uno utitur. Vt quid sit rhetoricæ uis persuadendi ac benedicendi scientia. An loco ac copulæ legendum esse ne admonitione quidem dignũ est. Quamq̃ haud dissentire uix audeo a Cicerone. Haud negationem expungendam ac loco eius autem copulam reponendam facile sensus ipsæ declarat. Hoc uero i Topicis Cicero præcepit his uerbis.

Ad definitionẽ aũt ptinet ratio ac scientia diuidendi. Atq; huic generi finitimum est illud quod appellari de eodem & altero diximus: quod genus forma quædã est definitiõis si enim quæraẽ idemne pertinacia ac perseuerantia: definitionibus id est indicãdum. Semper neganti aliquot esse nomen dicẽdum quid sit potius tamẽ eandem tris habeo uelut species. Cum sit initium parẽ theseos hoc est interpositi sensus. n. coniunctio ascribenda uidetur hoc modo. Sẽper enim neganti aliquod esse nomen dicẽdũ quid sit potius

Tamen eãdem tris habeo uelut species. Hæc qdem oño ut cõgrua defendi non potest: nisi in præpositio: ut in eandem legatur: ascribatur. In omnibus huiusgeneris litibus quæritur an etiã hoc. Recte in quibusdam exemplaribus autẽ particula est ascripta hoc modo. In omnibus autem huius generis litibus. Illo an proinde habenda sit hæc atq; illa. In prepositio sensui necessaria mihi uidetur ascribenda ac peride legendum non proinde. hoc modo. In illo an perinde habẽda sit hæc atq; illa. Syllogismus autem latine collectio ratiocinatioq; uocat.

Est & talis diuisionum diuersitas ut quidam sentiunt: num iisdẽ uerbis comprendatur. Nisi corrigatur hic locus: quæ sequunt exempla: ne quaq̃ sensui conuenire uidebũtur. Neque enim plures rhetoricæ definitiones iisdem assignãtur uerbis Quare aut diuersis aut certe uariis ablatiuum sentio ascribendum: ac idem pro iisdem legendum. Definitionum præterea loco diuisionum sensus exposcit: cum nõ de diuisione: sed definitione tractẽ hoc modo. Est & talis disinitionum diuersitas ut quidam sentiũt num idem diuersis uerbis compræhendatur.

Atq; prouidendum: ut si sensu non pugnat: comprehẽsione dissentiunt. Pugnant ut sit numeri pluralis legendum esse ne admonẽdum quidem est. Sed aliud quoq; hic mihi sensus desiderare uidetur. An. n. particula loco ut & dissentiãt recte humanam ei formam locumq; inter mundos dedit: nomine uterq; uno utitur. utrũ sit in re coniectat. Interi qualitas tractatur: ut quid sit rhetorice. Vis persuadendi. an benedicẽdi scientia: quod genus est in iudiciis frequẽtissimũ. sic enĩ quæritur. an deprehẽsus in lupanari cũ aliena uxore adulter sit: quia nõ de appellatiõe: sed de ui facti eius ambigit. An oño peccarit. Nã si peccauit nõ põt aliud eẽ q̃ adulter. Diuersũ ẽ genus cũ controuersia consistit in nomĩe: quod pendet e scripto: nec uersatur in iudiciis: nisi ꝓpter uerba: quæ litem faciunt. An qui se interfecit: homicida ẽ. An q tyrannũ in mortẽ compulit: tyrannicida. An carmina magorum ueneficium. Res enim manifesta est. Scitur quoq; nõ idem esse occidere se: quod alium. Non idem occidere tyrannum: quod compellere ad mortem. Non idem carmina ac mortiferam potionem. Q uæritur tamẽ an eodem nomine appellãda sint. q̃q̃ haud dissẽtire uix audeo a Cicerone: qui permultos secutus auctores dicit: finitionẽ esse de eodem: & de altero. Semper neganti aliquod esse nomẽ: dicendũ quid sit potius. tamẽ in eãdem tris habeo uelut species. Nam iteri conuenit sit quærere. An habendum sit adulterum in lupanari: cum hoc negamus non necesse est dicere quid id uocet: quia totum crimen inficiamur. Interim quæritur. an hoc furtum. an sacrilegium: non quin sufficiat non esse sacrilegiũ: sed quia necesse sit dicere: quid sit aliud: quo in loco utrunq; finiendum est. Interim quæritur in rebus specie diuersis: an & hoc eodẽ modo sit appellandum: cum res utraq; habeat suum nomen: ut amatorium. uenenũ. In omnibus huius generis litibus quæritur. an etiam hoc: quia nomẽ de quo ambigitur utiq; i alia re certũ ẽ. Sacrilegium est rem sacram de templo surripere: num & priuatam? Adulterium cum aliena uxore domi coire. an & in lupanari? Tyrannicidium occidere tyrannum. an etiam in mortem compellere? Ideoque συλλογισμοσ de quo postea dicam uelut infirmior est finitio: quia i hac quæritur. an idem sit huius rei nomen: quod alterius. Illo an perinde habenda sit hæc atq; illa. Est & talis diuisionum diuersitas: ut quidam sentiunt. Num iisdem uerbis comprehendat ut rhetorice benedicendi scientia: & eadem bene inueniendi & bene enunciandi & dicendi secundum uirtutem oratiõis: & dicendi quid sit officii: atq; prouidẽdum ut si sensu nõ pugnat comprehensione dissentiunt. Sed de his disputatur. nõ

legerentur hoc modo. Atq; prouidendum an si sensu non pugnant: cõprehensione dissentiãt. Quid sit clarigatio. Clarigare est res raptas clara uoce repetere: ut ex his Plynii uerbis ubi de uerbena loquitur: aperte colligitur. Ac semper iquit ex legatis cum ad hostes clarigatum q; mitterẽtur. i. res raptas clare repetitum: unus utiq; uerbenarius uocabatur. Seruius autem in Vergilium copiosius hoc idem exponit super illo uersu Prici pio pugnæ. Hoc de Romana inquit tractum est solẽnitate. Cum enim uolebant bellum indicere paterpatratus. hoc est princeps fecialium profiscebatur ad hostium fines: & præfatus quædam solennia clara uoce dicebat se bellum indicere propter certas causas: aut quia socios læserant: aut quia nec abrepta animalia nec captiuos reddiderant. Et hæc clarigatio dicebat a claritate uocis: post quam clarigationem hasta in eorũ fines missa indicebat pugnæ principium. Erat ut interim notis nomine uerbis. Cur hic sensus perceptu est difficilis? Nẽpe quia est corruptus. Emendatur autem si erit loco illius erat: ac & copula pro etiã loco ut reponatur. hoc modo. Erit & iterim notis nomine uerbis. Nã interdum opus est finitione etiam uerbis quo ad appellationẽ notis: quo ad significatiõem uero obscuris. qualia sunt quæ subiiciũtur. Nã & penus & littus cum nomine nota sint: non paruam tamẽ circa res ipsas habent differẽtiam. Vnde grammaticus ille apud. A. Gelliũ i quarto ingenue profitetur se ignorare penoris definitionem: cum uerbũ ipsum sibi non ignotum esse contẽdat. Est autẽ penus quicquid in annuum reponitur uictũ. Vnde penuarium penus repositorium dicitur Vlpianus de penu legata. Q. Mutius scribit libro secundo iuris ciuilis penu legata contineri quæ esui potui q; sunt. Littus uero est: ut ait Celsus de uerbor& significatione: quousq; maximus hybernus fluctus a mari puenit: Idq; M. Tulliũ cũ arbiter eẽt primũ cõstituisse ait. Quæ litigatur. Opus est aliquãdo finitione obscurioribus & ignotioribus uerbis. qd sit clarigatio. erat ut iterim notis noie uerbis. Videbis quid sit penus. qd littus. quæ uarietas efficit: ut ea quidam coniecturæ. quidam qualitati. quidam legitimis quæstionibus subiecerint. Q uibusdam ne placuit quidem omnino subtilis hæc: & ad morẽ dialecticorum formata conclusio: ut in disputationibus potius per argumenta uerborũ cauilatrix: q̃ in oratoris officio multum allatura momẽti. Licet enim ualeat in sermone tantum: ut constrictum in uinculis suis habeat eum: qui responsurus est uel carcere: uel etiam inuitum id quod sit contra: cogat fateri: non eadem est tamẽ eius in causis subtilitas. Presuadendum enim iudici ẽ: qui etiam si uerbis deuictus est: tamen nisi ipsi rei accesserit tacitus dissentiet. Agenti uero quæ tanta est huius præcisæ comprehensionis necessitas? At si non dixero homo est animal. rationale. mortale: non potero expositis tot corporis animiq; ꝓprietatibus latius oratione ducta: uel a diis eum uel a mutis discernere? Q uid? ꝙ nec uno modo diffinitur res eadem: ut facit Cicero. Q uid enim uulgo uniuersos latiore uarioq; tractatu? ut omnes oratores plerunq; fecerunt. Rarissima enim apud eos reperietur illa ex consuetudine philosophorum ducta seruitus. Est. n. certa seruitus ad certa se uerba astrigẽdi: idq; faciẽdũ i libris Ciceroĩs de oratoꝛ uetat. M. Antõius. Nã ẽ etiã ꝑiculosũ: cũ si uno i uerbo sit erratũ: tota cã cecidisse uideamur. Optimaq; ẽ illa uia: q̃ utit̃ Cicero ꝓ Cecinna: ut res uarietas efficiat. Effecit ac eã ꝓ ea legẽdũ esse facile ex ipso percipit̃ sensu. Licet. n. ualeat in sermone tãtũ: ut constrictum in uinculis suis habeat eum qui responsurus est uel carcere uel etiam inuitum id quod sit contra: cogat fateri: non eadem est tamen eius in causis subtilitas. Inuitus quidem facio: sæpius dicam: ut aliquid immutem. Sed ubi sensus laborat: acumenque ac elegantia Fabii periclitatur: ei quo quo modo succurrendũ uidetur cum præsertim quidam ita inuertant ut & ipsi ridiculi sint: & Fabii dicta obscuriora fiant. Sic enim in quibusdam legitur exemplaribus. licet enim ualeat in sermone tantum: ut constrictum in uinculis suis habeat eum qui responsurus sit uel crucem uel etiam uncum id quod sit contra cogat fateri: non eadem tamẽ est eius in causis utilitas. Quid. n. ad hunc sensum crux & uncus? Mihi certe & risum & stomachum mouẽt. In huius uero loci emendationem primum & copula est ascribenda & duo illa uerba Carcere & subtilitas ẽt refragãtibus exemplaribus: mihi uidentur immutanda non quidem indissimilia sed simillima uerba. Pro carcere nanque tacere infinitum: & utilitas non subtilitas a sensus integritate exiguntur. hoc modo. Et uel tacere uel etiam inuitum id quod sit contra cogat fateri: non eadem est tamen eius in causis utilitas. Qui etiam si uerbis deuictus est. n littera ascripta deuinctus pulcherrime sensum custodit. Dialectica nanque acumina colligare ac deuincire disputantes uidentur. Quid? quod nec uno modo definitur res eadem: ut facit Cicero. Quid enim uulgo uniuersos latiore uarioque tractatu: ut omnes oratores plerunq; fecerũt. Quid mihi hoc loco sit faciundum ignoro: Nam ut aliquis inde sensus eliciatur aut adiicienda quædam

ut ſubſit copia illa: ex qua unum aut alterꝝ: cuius ſe occaſio dederit efficiantꝫ. Ita hæc pars dialectica: ſiue illam dicere malimus diſputatricē ut eſt utilis ſæpe & finitionibus: & cōpræhenſionibus: & ſeparādis quæ ſunt differentia & reſoluenda ambiguitate: & diſtinguendo: diuidendo: illiciendo: ꝛplicando: ita ſi totum ſibi uendicauerit in foro certamē obſtabit meliorib⁹ & ſectas ad tenuitatē ſuam uires ipſa ſubtilitate cōſumet. Itaq; repias quoſdā in diſputādo mire callidos: cū ab illa uero cauillatione diſceſſerit nō magis ſufficere in aliquo grauiore actu q̄ parua quædam animalia: quæ in auguſtiis mobilia in campo depræhenduntur: Iā quidē pars illa mortalis quæ dicit̄ ethice: certe tota oratoris eſt. Nā in tota cauſarꝝ (ut ſuperioribus libris diximus) uarietate: cū alia cōiectura q̄rantur alia finitionibus cōcludātur: alia iure ſūmoueant̄ uel trāſferāt̄: alia colligant̄: uel ipſa iter ſe cōcurrāt: uel in diuerſū ambiguitate ducant̄: nulla fere dici pōt: cuius nō parte in aliq̄ tractatus æqui & boni reperiantur. pleraſq; uero eſſe qs neſcit: quæ totæ in ſola q̄litate cōſiſtant? In cōſiliis uero quæ rō ſuadendi eſt ab honeſti cōne ſepoſita? Quin illa etiā pars tertia quæ laudandi ac uituperandi officiis continet̄? Nempe i tractatu recti paruiq; uerſat̄: an de iuſticia: fortitudine: abſtinētia: tēperātia: pietate nō plurima dicet orator? Sed ille uir bonus q hec non uocibus tantū ſibi nota atq; nominibus auriū tenus in uſum linguæ perceperit: ſed q uirtutes ipſas mēte cōplexus ita ſentiet: nec in cogitando ita laborabit: ſed qđ ſciet uere dicet. Cū aūt omnis generalis quæſtio ſpeciali potentior: qa uniuerſo partes continent̄: nō utiq; accedit parti: quod uniuerſum eſt: ꝓfecto nemo dubitabit generales cōnes in illo maxime ſtudioꝝ more uerſatas. Iam uero cū ſint multa propriis breuibuſq; compræhēſionibus finiēda. Vnde etiam ſtatus cauſarꝝ dicit̄ finitiuus: nōne ad id quoq; īſtrui ab iis q plus in hoc ſtudii dederunt oportet? Quid non quæſtio iuris oīs: aut uerboꝝ ꝓprietate: aut æq diſputatiōe: aut uolūtatis coniectura continet̄: quoꝝ pars ad rōnalē: pars ad moralē tractatū redundat? Ergo natura ꝑmixta eſt oibus iſtis oratio: quæ quidē oratio eſt uere. Nā ignara qdem huiuſce doctrine loquacitas erret neceſſe eſt: ut quæ uel nullos uel falſos duces habeat. Pars uero naturalis cum ē ad exercitationē dicendi: tanto cæteris uberior: q̄to maiore ſpiritu de quibus rebus q̄ humanis loquēdum eſt. Tum illa etiam moralem ſine qua nulla eſſe (ut docuimus) oratio poteſt: totam complectit̄. Nā ſi regit̄ prouidentia mūdus adminiſtranda certe bonis uiris erit reſpu. Si diuina noſtris animis origo tendendū ad uirtutē: nec uoluptatibus terreni corporis ſeruiēdū: nam hoc nō frequēter tractabit orator. Iā de auguꝝ reſponſis religioneq; omni de qbus maxima ſæpe in Senatu cōſilia uerſata ſunt: nō erit ei diſſerendū? ſiqdem ut nobis placet futurus eſt uir idē ciuilis: quæ deniq; intelligi ſaltem pōt eloquentia hominis optima neſcientis? Hæc ſi ratione manifeſta nō eſſent: exēplis tamen crederemus. Siqdem & Periclem: cuius eloquentiæ etiā ſi nulla ad nos monumenta uenerunt: uim tamē quandā īcredibilē cum hiſtorici tū etiam liberrimū genus hominū comici ueteres tradūt: rexagoræ Phyſici conſtat auditorem fuiſſe: & Demoſthenē principem omniū græciæ oratoꝝ dediſſe operam Platoni Nam. M. Tullius nō tantū ſe debere ſcholis rhetoꝝ: quantū academiæ ſpaciis frequēter ipſe teſtatus eſt. Neq; ſe tanta eo unquā fudiſſet ubertas: ſi ingeniū ſuum cōſepto fori non ipſius reꝝ naturæ finibus terminaſſet. Verꝝ ex hoc alia mihi quæſtio exorit̄: quæ ſecta cōferre plurimū eloquētiæ poſſit: q̄q̄ ea non inter multos poteſt eſſe contentio. Nam epicurus i primis nos a ſe ipſe dimittit: qui fugere omnē diſciplinam nauigatiōe q̄ uelociſſime iubet: Neq; uero Ariſtippus ſummū in uoluptate corporis bonū ponēs adhuc nos ad laborē hortet̄. Phyron quidem quas habere in hoc opere partes pōt: cui iudices eſſe apud quos uerba faciat: & reū ꝓ quo loquat̄: & ſenatu in quo ſit dicenda ſentētia nō liq̄bit. Academiā quidē utiliſſimā credūt: q; nos in utranq; partē diſſerēdi ad exercitationē forēſiū cauſarꝝ ꝓxime accedat. Adiiciūt loco ꝓbatōis q; ea præſtātiſſimos i eloquētia uiros ediderit. Peripatetici ſtudio quoq; ſe

quodã oratorio iactãt. Nã thesis dicere exercitationis gratia fere ab iis ẽ istitutũ. Stoici sicut copiã nitoremq; eloquẽtiæ fere præceptoribus suis defuisse cõcedãt necesse ẽ: ita nullos aut: ꝓbare acrius: aut cõcludere subtilius cõtendunt. Sed hæc inter ipsos q uelut sacramẽto rogati uel ẽt superstitiõe cõstricti nefas ducunt a suscepta semel persuasiõe discedere. Oratori uero nihil est necesse in cuiusquã iurare leges. Maius. n. opus atq; præstantius ad quod ipse tẽdit & cuius est uelut cãdidatus: siqdẽ est futurus tũ uitæ: tũ etiã eloquentiæ laude perfectus. Q uare in exẽplũ benedicendi facũdissimũ quẽq; ꝓponet sibi ad imitãdũ: moribus uero formandis q̃ honestissima præcepta: rectissimãq; ad uirtutẽ uiã deliget. Exercitatione qdẽ utet omni: sed tamẽ erit plurimus ĩ maximis qbusq; ac natura pulcherrimus. Nã q̃ põt materia repiri ad grauiter copioseq; dicẽdũ magis abũdans: q̃ de uirtute de re. p. de ꝓuidẽtia: de origine animoꝝ: de amicicia? hæc sunt qbus mens pariter atq; oratio ĩsurgant: quæ uero bona qd mitiget metus: coerceat cupiditates: eximat nos opinionibus uulgi aĩumq; cælestẽ: neq; ea solũ quæ talibus disciplinis continent: sed magis etiã quæ sunt tradita antiqtus dicta: ac facta præclare: & nosse: & aĩo semp agitare cõueniet: quæ ꝓfecto nusquã plura maioraq; q̃ in nostræ ciuitatis monumentis reperient? An fortitudie fidẽ: iusticiã: cõtinẽtiã: frugalitatẽ: cõtẽptũ doloris ac mortis: melius alii docebunt q̃ Fabricii: Curii: Reguli: Decii: Mutii: aliiq; innumerabiles? Q uãtũ. n. græci præceptis ualẽt: tantũ romani: qd est maius exẽplis: tantũq; nõ cognatis sideribus admoneri: q non mõ ꝓximũ tempus: lucẽq; præsentẽ ĩtueri satis credat: sed omnẽ posteritatis memoriã spatiũ uitæ honestæ: & curriculũ laudis existimet. Hic mihi ille iusticiæ haustus bibat: hic sumptã libertatem in causis atq; cõsiliis præstet. Neq; erit perfectus orator: nisi q honeste dicere: & sciet: & audebit.

Necessariam iuris ciuilis oratori scientiam.

Vris quoq; ciuilis necessaria huic uiro sciẽtia est: & moꝝ ac religionũ eius reip. quã capesset. Nã q̃lis eẽ suasor ĩ cõsiliis publicis priuatis ue poterit tot rerũ qbus præcipue ciuitas cõtinet ignarus? Q uo aũt mõ patronũ se cãrũ nõ falso dixerit: q quod ẽ in causis potẽtissimũ: sit ab altero periturus: pene nõ dissimilis iis q poetaꝝ scripta pronũciãt? Nã quodammõ mãdata perferet: q̃ sibi a iudice credi postulaturus est: aliena fide dicet & ipse litigantiũ auxiliator egebit auxilio: qd quod fieri nõnũquã minore ĩcommodo possit cũ domi præcepta & cõposita: & sicut cætera quæ ĩ causa sunt ĩ discẽdo cognita ad iudicẽ ꝓferet? quid fiet ĩ qõnibus quæ subito iter ipsas actiões nasci solẽt: nõ deformiter respecter: & iter subsellia minores aduocatos ĩterroget? Põt aũt satis diligẽter accipere: quẽ tũ audiet cum ei dicẽda sũt? aut fortiter affirmare: aut ingenue possit ꝓ suis dicere ĩ actiõibus? qd fiet ĩ altercatiõe ubi occurrẽdũ cõtinuo: nec libera ad discẽdũ mora ẽ? Q uid si forte ꝓtus iuris ille non aderit: qd si eqs nõ satis ĩ ea re doctus: falsũ aliqd subiecerit? Hoc. n. ẽ maximũ ignorãtiæ malũ qd credit eũ scire q moneat: neq; ego sum nr̃i moris ignarus: oblitus ue eoꝝ: q uelut ad arculas sedẽt: & tela agẽtibus sumministrãt? Neq; idem græcos quoq; nescio factitasse. Vnde nomẽ iis pragmaticorũ datũ est: sed loquor de oratore q nõ clamorẽ mõ suũ causis: sed oia q̃ ꝓfutura sunt debet? Itaq; eũ nec inutilẽ si ad horã forte cõstiterit: neq; ĩ testatiõibus faciẽdis esse ĩpitum uelim. Q uis. n. potius preparabit ea q̃ cũ aget eẽ in cã uelit: nisi forte ĩperatorẽ qs idoneũ credit ĩ prælĩis qdẽ strenuũ & fortẽ: & oĩum quæ pugna possit artificẽ? Sed neq; delectus agere: nec copias cõtrahere atq; ĩstruere: nec ꝓspicere cõmeatus: nec locũ capere castris scientẽ. Prius est. n. certa parare bella q̃ gerere. Atq; simillimus huic sit aduocatus: si plura quæ uicẽdũ ualẽt aliis reliquerit. Cũ præsertim hoc qd est maxie necessariũ: nec tã sit arduum q̃ ꝓcul intuẽtibus fortasse uideat. Namq; omne ius quod est certum: aut scripto: aut moribus cõstat. Dubitum æquitatis regula examinãdũ est: quæ scripta sunt: aut posita ĩ more ciuitatis nullam habent difficultatẽ. Cognitionis sunt. n. non inuentionis: atq; consultorũ.

reſponſis explicant: aut ī uerboꝝ iterpretatiōe ſunt poſita: aut recti pauiq; diſcrimie. Vim cuiuſq; uocis itelligere: aut cōmune prudētiū eſt: aut ꝓpriū oratoris æqtas optimo cuiq; notiſſima eſt. Nos porro & bonū uiꝝ & prudentem in primis oratorem putamus: q cū ſe ad id quod eſt optimū natura duxerit nō magnopere cōmouebit: ſiquis ab eo cōſultus diſcentiat: cū ipſis illis diuerſas inter ſe opiniones tueri conceſſum ſit. Sed etiā ſi noſce qd quiſq; ſenſerit uolet: lectiōis opus eſt q̄ nihil eſt in ſtudiis minus laborioſum. Quod ſi pleriq; deſperata facultate agendi ad diſcēdū ius declinauerunt: q̄ id ſcire facile eſt oratori quod diſcunt: q ſua quoq; cōfeſſiōe oratores eſſe non poſſunt. Veꝝ &. M. Cato cū ī diſcendo præſtantiſſimus: tū iuris fuit idem peritiſſimus. Et Scæuolæ Seruioq; Supplitio conceſſa eſt ēt facūdiæ uirtus. Et. M. Tullius non modo inter agendū nunq̄ eſt deſtitutus ſcientia iuris: ſed etiā cōponere ali qua de eo cœpat: ut appareat poſſe oratore nō diſcēdo tantū iuri uacare: ſed etiā docēdo. Ve rū ea quæ de moribus excolendis ſtudioq; iuris præcipimus: nōne quis eo credat repræhendenda: qd' multos cognouimus: q tædio laboris quē ferre tendētibus ad eloquētiā neceſſe ē: cōfugerit ad hæc diuerticula deſidiæ: quoꝝ alii ſe ab albū ac rubricas trāſtulerūt: & formulari: uel ut Cicero ait legulei qdā eē maluerūt tanq̄ utiliora eligētes ea: quoꝝ ſolā facilitatē ſeq̄bant': alii pigritiæ arrogātioris q ſubito frōte cōficta īmiſaq; barba: ueluti deſpexiſſent oratoria præcepta paulū aliqd ſederūt ī ſcholis philoſophoꝝ ut deide ī publico triſtes: domi diſſoluti captar ēt auctoritatē cōtēptu cæteroꝝ: philoſophia. n. ſimulari pōt: eloquentia non pōt.

Neceſſariam oratori cognitionem hiſtoriaꝝ.

In primis uero abundare debet orator exemplorū copia: cum ueteꝝ: tū ēt nouorū: adeo ut nō ea mō quæ cōſcripta ſunt hiſtoriis aut ſermōibus: uelut per manus tradita: quæq; quotidie agūt' debeat noſſe: ueꝝ ne ea qdē quæ ſunt a clarioribus poetis ficta negligere. Nā ea qdē ꝓpria aut teſtimonioꝝ: aut ēt iudicatorū obtinent locum. Sed hæc quoq; aut uetuſtatis fide tuta ſūt: aut ab hoībus magnis præceptoꝝ loco ficta credūt'. Sciat ergo q̄ plurima unde etiā ſenibus auctoritas maior eſt: q; plura noſſe & uidiſſe credūt': quod Homerus frequētiſſime teſtat'. ſed nō eſt expectanda ultima ætas: cū ſtudia præſtēt: ut quā tū ad cognitionē pertinent rerū & præteritis ſæculis uixiſſe uideamur.

Quæ ſunt oratoris inſtrumenta.

Hæc ſunt quæ me redditurꝝ ꝓmiſerā inſtrumēta: nō artis ut quandā putauerūt: ſed ipſius oratoris. hæc arma hēre ad manū: hoꝝ ſciētia debet eſſe ſuccictus: accedente uerboꝝ figurarūq; facili copia: & iuētiōis rōne & diſponē di uſu & memoriæ firmatæ actōis gra. Sed plurimū ex iis ualet aī præſtātia q̄ nec metus frāgat: nec acclamatio terreat nec audētiū auctoritas ultra debitā reuerētiā tardet. Nā ut abominānda ſt' cōtraria iis uitia cōfidētiæ temeritatis: īprobibatis arrogātiæ: ita circa cōſtātiā: fidutiā: fortitudinē: nihil ars: nihil ſtudiū: nihil ꝓfectus ipſe ꝓfuerit: ut ſi das arma timidis & ībellibus. Inuitus mehercule dico quoniā & aliter accipi pōt ipſam uerecūdiā: uitiū qdē ſed amabile: q̄ uirtutes facillime genere eē iterim aduerſam: multiſq; ī cauſa fuiſſe: ut bona īgenii ſtudiiq; ī lucē nō ꝓlata ſitu quodā ſecreti cōſumarent'. Sciat aūt ſiqs hæc forte minus adhuc ꝓitus diſtīguēdi uī cuiuſq; uerbi leget: nō ꝓbitatē a me repræhēdēdi: ſed uerecūdiā q̄ ē timor qdā reducens aīum ab iis quæ faciēda ſūt. Inde cōfuſio & cœpti pœnitētia: & ſubitū ſilētiū. Quis porro dubitet uitiis aſcribeř affectū ꝓp quē faceret hōeſte pudet. Neq; ergo rurſus nolo eū q ſit dicturus ſollicitū ſurgere: & colorē mutare: & piculū ītelligere: quæ ſi nō accidēt ēt diſſimulāda erūt. Sed ītellectus hic ſit opis nō metus: moueamurq; nō cōcidamus. Optima ē aūt emēdatio uerecundiæ fiducia: ēt quelibet ībecilla frons magna cōſcientia ſuſtinet'. Sūt & naturalia ut ſupra dixi: q̄ tamē & cura iuuāt'. īſtrumēta: uox: latus: decor: quæ qdē tātū ualēt: ut frequēter famā īgenii faciāt. Habuit oratores ætas nra copioſiores: ſed cū diceret eminere iter æq̄les Trachalus ui

debat᷑:ca corporis ſublimitas erat:is ardor oculoꝝ:frontis auctoritas:geſtuspræſtantia:uox qdem nō ut Cicero deſiderat pene tragœdoꝝ:ſed ſuper oēs quos ego qdem audierim tragœdos.Certe cū i baſilica iulia diceret prīo tribunali.Q uattuor aūt iudicia ut moris ē cōgerēt᷑ atq; oīa clamoribus fremerēt:& auditū eū:& itellectū:& quod agentibus cæteris cōtumelio ſum fuit:laudatū quoq; ex q̄ttuor tribunalibus memini.Sed hoc notū eſt & rata fœlicitas q̄ ſi nō adſit ſane ſufficiat ab iis qbus qs dicit audiri talis eſſe debet orator & hæc ſcire.

Q uod ſit incipiendi cauſas agere tempus.

Gendi āt initiū ſine dubio ſecūdū uires cuiuſq; ſumēdū ē:neq; ego ānos definiā:cū
a Demoſthenē pueꝝ ad modū actiōes populares habuiſſe māiſeſtū ſit:Caluus:Cæſar:Polliō multū āte q̄ſtoriā oēs ætatem grauiſſima iudicia ſuſcepunt prætextatos egiſſe quoſdā ſit traditū.Cæſar Auguſtus duodeci natus ānos Auiā ꝓ roſtris laudauerit.Modus mihi uideꝫ qdā tenēdus:ut neq; ꝓpe diſtinguaꝫ īmatura frons:& qcqd eſt:illud adhuc acerbū ꝓferaꝫ.Nā ide & cōceptus opis īnaſiꝫ:& fundamēta iaciunꝫ īpudētiæ. Et qd ē ubiq; pnicioſiſſimū præuēit uires fidutia.Nec rurſus diſſerēdū ē tyrociniū i ſenectutē. Nā quotidie metus creſcit:maiuſq; fit ſp quod auſuri ſumus & dū deliberamus quādo icipiendū ſit incipe iā ſerū ē.Q uare fructū ſtudioꝝ uiridē & adhuc dulcē ꝓmi decet:dū & uenia & ſpes ē:& paratus fauor audere nō dedecet.Et ſiqd deſit opi ſupplet ætas:Et ſiq̄ dicta ſūt iuuenili/ter ꝓ idole accipiunt᷑:ut totus ille Ciceronis pro Sexto Roſcio locus.Q uid.n.tā cōe q̄ ſpiritus uiuis:terra mortuis:mare fluctuātibus:littus eiectus:quæ cū ſex & uigīti natus ānos ſūmis audiētiū clamoribus dixerit:deferbuiſſe tēpe & annis liq̄ta iā ſenior idē fateꝫ. Et hercle q̄tūlibet ſecreta ſtudia contulerit.Eſt tamē ꝓprius qdā fori ꝓfectus:alia lux:alia ueri diſcriminis facies:pluſq̄ ſi ſepares uſus ſine doctrina:q̄ citra uſum doctrina ualeat.Iōq; nōnulli ſenes i ſchola facti ſtupēt nouitate cū i iudicia uenerūt:& oīa ſuis exercitatōibus ſimilia deſiderāt.At illic & iudex tacet:& aduerſarius obſtrepit:& nihil temere dictū perit. Et ſi qd tibi ipſe ſumas:ꝓbādū ē:& laboratā cōgeſtāq; dieꝫ ac noctiū ſtudio actionē a q̄ defecit:& omiſſo magna ſemp flandi tumore:i qbuſdā cauſis loquendū.quod illi diſerti minime ſciūt.Itaq; nōnullos repies q ſibi eloquētiores uideāt᷑:q̄ ut cauſas agāt.Cæteꝝ illū quē iuuenē teneriſq; adhuc uiribus nitentē in foꝝ deduxīus:& īcipere:q̄ maxīe facili ac fauorabili cauſa ueli: uti catuli feraꝝ molliore præda ſaginant᷑:& nō utiq; ab hoc initio cōtinuare opam & īgenio ad huc alendo calū iducere.Sed iā ſcientē qd ſit pugna:& in quā rē ſtudendū ſit:refici atq; renouari.Sic & tyrocinii metū dū facilius ē:audere trāſierit:nec audēdi facilitatē uſq; ad cōtēptū opis adduxerit.Vſus eſt & hac rōne.M.Tullius.& cū iā claꝝ meruiſſet inter patronos q̄ tūc erāt:nomē:i Aſiā nauigauit:ſeq; & aliis ſine dubio eloquētiæ ac ſapiētiæ magiſtris. Sed præcipue tamē Apollonio Molōi quē romæ quoq; audierat:rhodi rurſus reformādū: ac uelut recoquēdū dedit.Tū dignū oꝑe prætiū tinūit:cū iter ſe cōgruūt præcepta & experimēta.

Q uæ in ſuſcipiendis cauſis oratori obſeruanda ſint.

Vm ſatis in oē certamē uiriū fecerit:prima ei cura i ſuſcipiendis cauſis erit.In qbus
c defendere qdē reos ꝓfecto q̄ facere uir bonus malet:nō tamē ita nomē ipſum accuſatoris horrebit:ut nullo neq; publico neq; priuato duci poſſit officio: ut aliquē ad reddēdā rōnē uitæ uoce.Nā & leges ipſæ nihil ualent:niſi actoris idonea uoce munitæ.Et ſi pœnas ſceleꝝ expetē fas nō ē:ut ſcelera ipſa ꝓmiſſa ſint & licētiā malisdari certe cōtra bonos ē.Q uare neq; ſocioꝝ q̄relas:nec amici uel ꝓpīqui necē:nec eruptūras in rē.p. cōſpiratiōes multas patiet᷑ orator:nō pene nocētiū cupidus:ſed emēdādi uitia corrigendiq; mores. Nā q̄ rōne traduci ad meliora nō poſſūt:ſolo metu cōtinent᷑.Itaq; ut accuſatoriā uitā uiuere: & ad defendēdos reos.prīo duci ꝓximū latrocinio ē:ita peſtē iteſtinā ꝓpulſare cū ꝓpugnatoribus pīæ cōparādū.Iōq; prīcipes i re.p.uiri nō detractauerūt hāc officii ptē:creditiq; ſūt ēr

clari iuuenes obſidē rei.p.dare malo⁊ ciuiū accuſatiōem: qa nec odiſſe īprobos:nec ſimultates prouocare:niſi ex fidutia bonæ mē tis uidebāt. Idq; cū ab Hortēſio:Lucullo:Sulpitio:Cicerone: Cæ ſare plurimis aliis:tū ab utroq; Catōe factū ē:quo⁊ alter appella tus ē ſapiēs:alter niſi credit fuiſſe uix ſcio:cui reliquerit huius no minis locū:nāq; defendat omnis orator idē portūq; illū eloquen tiæ ſuæ ſalutarē:nō ēt pyratis patefaciet:duceturq; ī aduocationē maxime cā. Quoniā tamē omnes qui nō īprobe litigabūt: quo⁊ certe pars eſt:ſuſtinere nō pōt unus:aliqd etiā cōmendantiū pſo nis dabit:& ipſo⁊ q iudicio decernēt:aut optimi cuiuſq; uolūta te moueatur. Nāq; hos & amiciſſimos habebit uir bonus. Sūmo uendū uero ē utrūq; ambitus genus:uel potētibus cōtra humiles uēdicādi operā ſuā:uel illud ēt iactātius:mīores utiq; cōtra digni tatem attolendi.non.n.fortuna cauſas uel iuſtas uel īprobas facit. neq; uero pudor obſtet:quo mīus ſuſceptā:cū melior uideret lītē cognita īter diſcēdū iniqtate dimittat:cum prius litigatori dixerit uerū. Nā & ī hoc maximū:ſi æq iudices ſumus beneficiū ē: ut nō fallamus uana ſpe litigantē. Neq; n. dignus opera patroni:q non utitur cōſilio. Et certe nō cōuenit ei:quē oratorē eſſe uolumus iniu ſta tueri ſcientē. Nā ſi ex illis q̄s ſupra diximus cauſis falſum tue bit:Erit tamē honeſtū quod ipſe faciet:gratis ne ei ſemp agendū ſit:tractari pōt. Quod ex prima ſtatim fronte diiudicare īprudē tiū ē. Nā q̄s ignorat:qn id lōge ſit honeſtiſſimū:ac liberalibus di ſciplinis:& illo quē exigimus aīo digniſſimū:non uendere operā. nec eleuare tanti beneficii auctoritatē? Cum pleraq; hoc ipſo poſ ſint uideri uilia qđ precium habent:cæcis hoc (ut aiunt) ſatis eſt nec quiſquā qui ſufficiētia ſibi (modica aūt hæc ſunt) poſſidebit: hunc quæſtū ſine crimine ſordiū fecerit. At res familiaris ampli us aliqd ad uſus neceſſarios exiget:ſecundū omnium ſapientiū le ges patiet ſibi gratiam referri:cum & Socrati collocatū ſit ad ui ctū:& Zeno:Cleātes:Chryſippus mercedes a diſcipulis accepta uerint. Neq; n. uideo quæ iuſtior acqrendi ratio:quam ex hone ſtiſſimo labore:& ab iis de quibus optime meruerit:quiq; ſi nihil īuicē præſtent:indigni fuerit defenſione:quod quidem non iuſtū modo:ſed neceſſarium etiā eſt:cū hæc ipſa opera tempus ue om ne alienis negociis datum:facultatem aliter acqrendi recidāt. Sed tum quoq; tenēdus ē modus:ac plurimū refert:& a quo accipiat: & quantum:& quouſq;:paciſcendi quidē ille piraticus mos:& i ponentiū periculis precia procul abominanda negociatio: etiam a mediocriter īprobis aberit. Cum præſertim bonos homines bo naſq; cauſas tuēti non ſit metuēdus ingratus:quid ſi futurus? ma lo tamen ille peccet:nihil ergo acquirere uolet orator:utraq; q̄ ſa tis erit:ac ne pauper quidem tāquam mercedem accipiet: ſed mu tua beniuolentia utetur:cū ſciat ſe tanto plus præſtitiſſe:quia nec uenire hoc beneficium oportet:nec perire. deniq; ut gratus ſit ad eum magis pertinet qui debet.

Bartholomei Merulæ an notationes in reliquas Fabii Quītiliani deprauatiōes.

Nam q̄s ignorat: qn id lō ge ſit honeſtiſſimū: ac libera libus diſciplīs:& illo quē exi gimus aīo digniſſimū nō uē dere opam:nec leuare tāti be neficii auctoritatē. Eleuare re ctius īpleriſq; exēplaribus & ſignate legi cōſpexi. q̄ lectio a nobis ꝓbatur:leuare. n. ē la borē extenuare: ut ego hoc a faſce leuabo:at eleuare ſignifi cat deprimere:ut apud ꝓper tium eleua aſſiduos copia lō ga uiros. At ſi res familia rius āplius aliqd ad uſus ne ceſſarios exiget:ſecūdū oium ſapiētiū leges patiet ſibi gra tiā referri:quū & ſocrati colo catū ſit ad uictū. Ariſtoxenus (ut laertius tradit) Socrate ſeruiſſe ſcribit:& ſculpſiſſe la pides: opuſq; illius eē grās: q̄ ſūt ī arce ueſtitas:unde illū & timon in ſillis ſculptorē lapi dū dixit. Lege loquens uafer: rhetor:lapidūq; politor: Idē Ariſtoxenus tradit Socratē pecunias ex miniſterio ſuo ad neceſſariū uictum congre gare ſolitum: Quod recte fa ctum eſſe fabius affirmat.

Sed tū quoq; tenendus eſt modus: ac plurimū refert & a quo accipiat: & q̄tū: & quo tiſq;: paciſcēdi qdē ille pirati cus mos:& īponentiū piculis p̄cia: ꝓcul aboīanda: paciſcē da negociatio:ēt a mediocri ter īprobis aberit. Quid ſibi fabius uelut hoc ī loco:ne īpe qdem ſi uiuat intelliget:adeo mēdoſus ē eius codex. q̄re ita hic locus emēdet:quo fabius nitore ſuo cādidus ſit. Corri get igr̄ hoc pacto. ſi loco quo tiſq; dictōis:repōet quouſq;: & paciſcēda expūget tanq̄ di ctio ſupflua: hoc mō. Sed tū quoq; tenēdus eſt modus: ac plurimū r̄fert:& a quo accipi at:& q̄tū:& quouſq;: paciſcē di qdem ille piraticus mos:& īponentiū piculis p̄cia procul abominānda negociatio: ēt a mediocriter īprobis aberit.

Quū p̄ſerti bonos hoīes bo naſq; cauſas tuēti nō ſit me tuēdus īgratus: q ſi futurus: malo tamē peccet. hic quoq;

locus detractione unius litteræ ob/scurior uidetur. Sic autem optime posse corrigi uidetur: si qui relatiuo .d. litteram addiderimus: ut per interrogationem legatur hoc modo. Quum præsertim bonos homines bonasque causas tuenti non sit metuendus ingratus: quid si futurus? malo tamen ille peccet. Præterea paulo inferius legitur in plerisq; codicibus: quum sciat se tanto plus præstitisse: uera lectio erit præstitisse.

Nihil ergo acquirere uolet orator? utraque q̄ satis erit: ac ne pauper quidem tanquam mercedē accipiet, sed mutua beniuolentia utetur. De prauatus est hoc etiā in loco Fabius: hoc igitur modo a quibusdam corrigitur: non enim utraq; : sed ultra legitur hoc modo. Nihil ergo acquirere uolet orator? ultra quam satis erit nihil. Respondet enim obiectioni Fabius: ac nihil ultra q̄ satis est oratori ac querēdum ait.

p Roxima discēdæ causæ ratio q̄d est oratoris fundamentū. Docet Fabius oportere oratorem optima a litigatore causam discere: antequam ad agendum descendat: ne faciat ut nonnulli uulgo: qui inter subsellia: aut eodem matutino iactātia ingenii sese didicisse gloriantur. Nōnulli uero patiuntur se causas doceri ab amicis litigatoris. Sed quum ad dicendum uenerint: clamore omnia complent: dicuntque: quæ nihil ad causam faciunt: hec inquam omnia euitanda esse pacute colligit Fabius. Aliquod & ambitio puertit qui partim tanquam occupati: semperq; aliud habentes & cetera. Mutatione interdum unius litteræ plerūque euenire solet: ut totus sensus confundatur: id quod hoc in loco intueri facile uel parum doctus poterit. emendabitur igitur Fabii lectio optime si aliquos: non aliquod legerimus: hoc modo. Aliquos & ambitio peruertit. Nonnūquam etiā inter ipsa subsellia didicisse se gloriantur. Subsellia quid hoc in loco significent: nequaquam silentio prætereundum arbitror: legimus siquidem apud Fabium in decimo ubi de portio latrone loquitur Subselli/um accipi pro sede in foro: ubi iudices electi in publico iudicio sedebāt: Subsellia præterea erant in curia ubi senatores sedebant: id quod ostendit Cicero in oratione: quam habuit

Quæ in discēdis causis oratori obseruāda sunt.

p Roxima discēdæ causæ ratio: quod ē oratoris fundamētū. Neq; n. quisquā tam īgenio tenui reperitur: q cū omnia quæ sunt ī causa diligēter cognouerit: ad dicēdū certe iudicē non sufficiat: sed eius rei pauciſſimis cura est. Nam ut taceam de negligētibus: quoꝝ nihil refert: ubi litium cardo uertatur: dū sint quæ uel extra causam ex personis ac communi tractatu locorū occasionē claman/di largiantur: aliquos & ambitio peruertit: q partim tanquā occupati: semperq; aliud habentes: quod ante agendum sit: pridie ad se uenire litigatorē: aut eodem matutino iubēt. nōnūq̄ etiam inter ipsa subsellia didicisse se gloriant̄ : parti iactātia ingenii: ut res cito accepisse uideant̄ : tenere se & itelligere pene priusq̄ audiant mētiti. Cum multa & diserte summisq; clamoribus: quæ nequæ ad iudicē neq; ad litigatorem pertineant: decātauerint. bene sudātes beneq; comitati p forū reducāt̄ . ne illas quidē tulerim delicias eoꝝ: q doceri amicos suos iubent: q̄q̄ minus mali est: si illi saltē recte discant: recteq; doceant. Sed qs discet tā bene q̄ patronus? Quomodo aūt sequester ille & media litiū manus: & quidā iterpres impendet æquo aīo laborē in alienas actiones: cum dicturus ip se nō sit. Pessime uero cōsuetudinis libellis esse contētū: quos cōponit: aut litigator: q confugit ad patronū: qa liti ipse non sufficit: aut aliqs ex eo genere aduocatorū: qui se nō posse agere confitent̄ . Deinde faciunt id quod est in agendo difficillimū. Nam q iudicare qd dicendū: qd dissimulandū : quid declinandū: imitandū ue fingendū etiam si potest . Cur non sit orator? quando quod difficilius est facit : Hi porro non tantū nocerent: si omnia scriberent: uti gesta sunt . Nūc consiliū & colores adiiciūt: & aliq̄ peiora ueris : quæ pleriq; cū acceperūt mutare nefas habent & uelut themata ī scholis posita custodiunt. Deide depræhenduntur : & causam quā discere ex suis litigatoribus noluerūt : ab aduersariis discunt. Liberū igit̄ demus ante oīa iis: quoꝝ negotiū erit tēpus ac locū: exhortemurq; ultro: ut oīa quanlibet uerbose : & unde uolent repetita ex tēpore exponāt: nō. n. tam obest audire superuacua: q̄ ignorare necessaria. Frequēter aūt & uulnus & remedium in iis orator iueniet: quæ litigatori in neutrā partem habere momentū uidebantur. nec tanta sit acturo memorie fiducia: ut subscribere audita pigeat: nec semel audisse sit satis: cogendus eadem iterū ac sæpius dicere litigator: non solum quia effugere aliqua prima expositiōe potuerūt : præsertim hominem quod sæpe euenit imperitum . Sed etiam ut sciamus an eadem dicat . Plurimi enim mentiuntur . & tanquā non doceant causam: sed agant: non ut cum patrono : sed cū iudice loquantur . Quapropter nunquam satis credēdum

est:sed agitãdus oĩbus modís & turbãdus & euocandus. Nã ut medicis nõ apparẽtia mõ uitia curãda sunt:sed ẽt iuenienda q̃ latẽt:sæpe ea ipsis q̃ sanãdi sunt occulẽtibus:ita aduocatus plura q̃ ostẽdũt aspiciat:nã cũ satis ĩ audiendo patiẽtiæ ipenderit:ĩ aliã rursus ei psonã trãseundũ ẽ: agẽdusq; aduersarius: ꝓponẽdũ qcqd recipit ĩ eiusmõi disceptatiõe natura. Interrogãdus q̃ ifestissime ac premendus:nã dũ oĩa q̃rimus: aliq̃do ad ueꝝ ubi mĩme expectauimus ꝓuenimus: in sũma optimus ẽ in discẽdo patronus ĩcredulus:ꝑmittit.n. litigator oĩa.testem.populũ.paratissimas cõsignatiões. Ipsum deniq; aduersarium quædam non negaturũ.Ideoq; opus est intueri omne litis instrumentum:quod uidere non est satis:perlegendũ erit.Nam frequentissime aut non sunt omnino quæ promittebantur:aut minus continẽt:aut cum alio aliquo nocitura permixta sunt:aut nimia sunt: & fidem hoc ipso detractura:q; non habent modum.deniq; linum ruptum: aut turbata cæra:aut sine agnitione signa frequenter inuenies: q̃ nisi domi excusseris:in foro inopinata decipiẽt:plusq; nocebũt destituta:q̃ non promissa nocuissent.Multa etiam quæ litigator nihil ad causam pertinere crediderit:patronus eruet: modo per omnes tradidimus argumẽtorũ locos eat: quos ut circunspectare in agendo:& attentare singulos minime cõuenit:propter quas diximus causas:ita etiã in discendo rimari necessarium est:quæ personæ:quæ tempora:quæ loca: instituta:instrumenta:cæteraq;:ex quibus non tantum illud qđ est artificiale ꝓbationis genus colligi possit: sed q metuendi testes:quo modo sint refellẽdi:nam plurimum refert iuidia reus ac odio an contemptu laboret:quorum fere pars prima superiores:proxima pares:tertia humiliores premit:sic cãm perscrutatus propositis ante oculos omnibus quæ ꝓsint noceant ue.tertiam deinde personam induat iudicis. fingatque apud se agi causam.& quod ipsum nouisset de eadem re pronunciaturꝝ:id potentissimum apud quẽcunq; agetur existimet.& sic eum raro fallet euentus.aut culpa iudicis erit.

Quæ seruanda in agendis causis oratori sint.

Quæ sunt in agẽdo seruanda toto fere opere executi sumus.pauca tamẽ ꝓpria huius loci quæ nõ tam dicendi arte q̃ officiis agendi continent:attingã: Ante oĩa ne(qđ pleriq; accidit)ab utilitate eum causæ præsentis cupido laudis abducat.Nã ut gerẽtibus bella nõ semp exercitus ꝑ plana & amœna ducendus est:sed adeundi plerũque aspi colles:expugnãdæ ciuitates q̃libet præcisis ꝑpositæ mõtibus:aut operꝝ mole difficiles:ita oĩo gaudebit qđẽ occasiõe latius decurrẽdi:& æquo cõgressa cãpo totas uires populariter explicabit.at si iuris anfractus:aut eruẽdæ ueritatis latebras adire cogetur:nõ obequitabit:nec illis uibrãtibus cõin senatu in Catilinam.Erant etiam subsellia sedes in Theatro. Suetonius ĩ augusto.Facto igitur decreto patrum:ut quotiens quid spectãdi usquã publice ederetur:primus subselliorum ordo uacaret senatoribus. Dicebantur etiam Subsellia:ubi sedebãt rei & accusatores & testes & q iudiciũ spectabãt ĩ foro: id qđ apud ciceronẽ multis ex locis percipi põt: de his nunc etiam fabius intelligit.

Quæ neq; ad iudicem:neq; ad litigatorem pertineat:decantauerint: bene sudentes.Si quis diligentius ĩspexerit:facile cognoscet:duobus in locis deprauatum esse assignatum Quintiliani locum: pertineãt enim nõ ꝓtineat ut ad multa referaẽ:& sudantes non sudẽtes si quis legerit is profecto rectissime sensum eliciet.

Exhortemurq; ultro: ut omnia quãlibet uerbose:& unde uolent repetita ex tempore exponat. Quis non uidet legendum esse exponant plurali numero: ut referaẽ ad illud pronomen iis.

Nec semel audisse satis sit:cogendus eadem iterum ac sæpius dicã litigator.Cudices fere omnes hac nostra tẽpestate ita sunt deprauati: ut nisi ferueat lector aure uaporata(ut ait Persius):nihil ex falsa lectiõe colligi possit: hic enim mutatione unius dictionis:sensus nusquam percipi potest: Quare ita corrigetur. Si loco dicã dicere reposuerimus hoc modo. Nec semel audisse satis sit: cogendus eadem iterum ac sæpius dicere litigator.

Multa etiam quæ litigator nihil ad causam ꝓtinere crediderit patronus eruet:mõ ꝓ oẽs quos tradidius argumẽtoꝝ locus eat.Ridicula hæc nra ꝓuicia nonnullis fortasse uidebitur:q; tã scrupulosa cura paruula

queq; emendemus. At quo/niã reliquos errores ex qntiliãi codice corrigẽdos ſuſcepimus: hic quoq; locus ſic emẽdet ut argumẽtoꝝ locos nõ locus legãus: hoc pacto: mõ p oẽs argumẽtoꝝ locos eat.

Sic cauſam perſcruptatus ꝓpõſitis ante oculis oĩbus: q̃ proſint noceãt ue: Miror unde tãta iſcitia emanarit: ut legat pſcruptatus: quũ pſcrutor ſine ꝑ ſcribatur: Quis neſcit ꝓterea ante ꝓpoſitionem accuſatiuũ caſum poſcere. Ita igr legat. Si cauſam pſcrutatus ꝓpoſitis ãte oculos oĩbꝫ: q̃ ꝓſint &c. Quæ ſũt i agẽdo ſeruãda: toto tere ope exercuti ſumus. Oratorẽ pfectũ & cõſumatũ iſtituẽs Fabius: de officio eius multa diſſerit & ãte oĩa diſſimuladã eẽ eloquẽtiã docet: poſtremo ſi ꝓtinus reſpõdẽdũ fuerit: qd agẽdũ ſit: accuratiſſime colligit.

Quæ oĩa nũdũ fiunt laudãtur: ſed quũ facta ſũt. Obſcurior hic locus uidet eẽ: ſed ſi aliter ſcribat: nitidus & apertus erit: nundũ. n. ꝓ non adhuc hic neq̃q̃ accipit: ſed non ſeparãda ẽ ab ea pticula dũ: ut nõ iũgat cũ uerbo laudãt: Ita igr legẽt. Quæ oĩa nõ dũ fiũt laudãt. Nec ullo faſtidio laborabit orator nõ agendi cãs minores q̃tã ifra eũ ſint: Mutatiõe unius dictionis nullus hic ſenſus elici poterit. Emẽdabit aũt hoc mõ ſi loco q̃tã: tanq̃ dictionẽ repoſuerimus: ut ita legat. Nec ullo faſtidio laborabit orator non agendi cauſas minores: tãq̃ ifra eum ſint. Sup oĩa pit illa: q̃ pluri mũ oratori & auctoritatis & fidei confert modeſtia: ſi a uiro bono ĩ tabulã latratorẽq; cõuertit. Quid ſibi cũ tabula uelit qntiliãus ignoro: ſed ſimilitudine: quã r hẽt cũ t falſo ſcriptũ eſt tabula: quũ rabula dicendũ fuerit. Eſt. n. rabula quẽ nunc aduocatũ dicimus a rabie dictus q̃ſi rabioſus uel a radendo. i. auferẽdo ut uoluit põpeius: Cicero in oratore. Non. n. declamatorẽ aliquẽ de ludo: aut rabulã de foro: ſed doctiſſimũ aut pfectiſſimum quærimus.

citatiſq; ſententiis uelut miſſilibus utetur: ſed operibus & cunicu lis & iſidiis & occultis artibus rem geret: Q uæ omnia nõ dũ fiũt laudãt: ſed cum facta ſunt: unde etiam cupidiſſimis opionis plus fructus uẽit: nã cum illa dicẽdi uitioſa iactatio ĩter plauſores ſuos detonuit: reſurgit uera & uirtutis fortior fama: nec iudices a quo ſint moti diſſimulant: & doctis credit: nec eſt orationis uera laus: niſi cum finita eſt. Veteribus quidem etiam diſſimulare eloquentiam fuit moris: ldq;. M. Antonius præcipit: quo plus dicẽtibus fidei: minuſq; ſuſpecte aduocatoꝝ inſidiæ forent: ſed illa diſſimulari quæ tum erat potuit: nondum. n. tãtum dicendi lumen acceſſerat: ut etiam per obſtantia erumperet: quare artes q̃dem & conſilia lateant: & quicquid ſi depræhenditur perit. hactenus eloquentia ſecretum habet. Verboꝝ quidem delectus: grauitas ſententiarum: figurarum elegantia: aut non ſunt: aut apparent: ſed uel propter hoc ipſum oſtentanda nõ ſunt: quod apparent: aut ſi unũ ex duobus eligendũ: cauſa laudetur potius q̃ patronus: Finem tamẽ hũc præſtabit orator: ut uideatur optimã cauſam optime egiſſe. Illud certum erit neminem peius agere q̃ qui diſplicẽte cauſa placet. neceſſe eſt enim extra cauſam ſit quod placet: nec ullo faſtidio laborabit orator non agẽdi cauſas minores tanquam ifra eũ ſint: aut detractura ſit opinioni minus liberalis materia: nam & ſuſcipiendi ratio iuſtiſſima eſt: officium: & optandum etiam: ut amici q̃ minimas lites habeant: & abũde dixit: bene quiſq; rei ſatiſſecit. at quidam etiam ſi forte ſuſceperint: negocia paulũ ad dicendum tenuiora extriſecus adductis ea rebus circunliniunt: ac ſi deſcenderint alia conuitiis implent uacua cauſaꝝ: ſi cõtingit ueris: ſi minus fictis: modo ſit materia ingenua: mereaturq; clamorem dum dicitur. Q uod ego adeo lõge puto ab oratore perfecto: ut eum ne uera qdem obiecturum: niſi id cauſa exigit credam. Ea eſt. n. ꝓrſus canina (ut ait Appius) eloquentia: cognitura maledicẽdi ſubire: quod faciẽtibus: & male audiẽdi præſumẽda patiẽtia eſt. Nã & ĩ ipſos fit ĩpetus frequẽter q egerũt: & certe patroni petulãtiã litigator luit: ſed hæc minora ſunt ipſo illo uitio animi: quo maledictus a malefico nõ diſtat: niſi occaſiõe: Turpis uoluptas & ihumana: & nulli audiẽtiũ bono grata: a litigatoribus qdẽ frequenter exigit: q ultionẽ malũt q̃ diffenſionẽ. Sed neq; alia multa ad arbitrium eorũ faciẽda ſunt. Hoc qdẽ qs hoĩum liberi mõ ſanguinis ſuſtineat petulãs eẽ ad alterius arbitriũ. Atq ẽt ĩ aduocatos partis aduerſæ libẽter nõnulli iuehũt: qd niſi forte meruerit: & ihumanũ ẽ: reſpectu coĩum officioꝝ: & tum ipſi q dicit iutile: nã idẽ iuris reſponſuris dat: tũ cauſæ contrariũ: qa plane aduerſarii fiunt & inimici: & quãtuluncũq; iis uitiũ eſt: cõtumelia augetur. Super omnia perit illa que plurimum oratori & auctoritatis & fidei affert modeſtia: ſi a uiro bono ĩ rabulam latratoremq; cõuertit: compoſitus nõ ad animum iudicis ſed ad ſtomachũ litigatoris. Frequenter etiã ſpẽs libertatis deducere ad temeritatẽ ſolet: non cauſis mõ: ſed ipſis ẽt

qui dixerunt periculosam. Nec immerito Pericles solebat optare: ne quod sibi uerbum in mentem ueniret: quo populus offenderetur. Sed quod ille de populo: id ego de omnibus sentio: qui tantum dē possunt nocere. Nam quæ fortia dum dicunt uidebant. stulta cū læserūt uocāt. Nūc quia uariū fere ꝓpositū agētiū fuit: & quorundam cura tarditatis: quorundam facilitas temeritatis crimine laborauit: quē credam forte ī hoc oratoris modū: tradere nō alienū uidet. Affert ad dicendū curæ semper quantū plurimū potest: neq; n. solū negligentis & mali: & in suscepta causa perfidi ac proditoris est peius agere q̄ possit. Ideoq; ne suscipiendæ quidem sunt causæ plures: q̄ quibus suffecturū se sciat. Dicet scripta q̄ res patiat plurima. Et ut Demosthenes ait: si continget & sculpta: sed hoc aut primæ actōes: aut quæ ī publicis iudiciis post interiectos dies dant permiserit. At cū protinus respondēdū est: omnia parari nō possunt: adeo ut paulo minus promptis ēt noceat scripsisse: si alia ex diuerso q̄ opinati fuerint occurrerit. Inuiti. n. recedūt a præparatis: & nota actione respiciūt: requiruntq; nū aliqd ex illis iterualiis: atq; ex tempore dicēdis īseri possit: qđ si fiat nō cohæret: nec cōmissuris mō ut ī opere male iūcto hiātibus: sed ipsa coloris inæqualitate detegit. Ita nec liber ē ipetus: nec cura cōtexta: & utrūq; alteri obstat. Illa. n. quæ scripta sūt retinēt animū: nō sequūt. Itaq; ī his actōibus omni (ut agricolæ dicunt) pede stādū ē. Nam cū in ꝓpositiōe ac refutatōe cā cōsistat: q̄ nr̄æ partis sūt: scripta eē possunt: quæ ēt respōsuꝝ aduersariū certū est (Est. n. aliquādo certū) pari cura refellūt. Ad alia unū paꝝ afferre possumus: ut cām bene nouerimus: alteꝝ ibi sumere: ut dicēte aduersariū diligēter audiamus: licet tamē præcogitare plura: & aium ad oēs causas exponere. Idq; est tutius stilo quo facilius & omittit cogitatio: & transfert: sed siue ī respōdēdo fuerit subito dicēdū: siue quæ alia ita exegerit rō: nunquā pressū se ac depressum credet orator: cui disciplina & studiū & exercitatio dederit uires ēt facilitatis: quēq; armatū semp: ac uelut ī ꝓcinctu stātē: nō magis unquā in causis oratio: q̄ ī rebus quottidianis ac domesticis sermo deficiet: nec se unq̄ pp hoc oneri subtrahet: mō sit causæ discēdæ tēpus: nā cætera semp sciet.

De genere dicendi.

Vpereſt ut dicā de genere oratonis: hic erat ꝓpositus a nobis diuisiōe pria locus tertius: nā ita ꝓmiserā me de arte: de artifice: đ ope dicturū. Cū sit āt rhetorices atq; oratoris opus ora: pluresq; eius formæ sicut ostēdā: ī oibꝫ iis & ars ē & artifex: plurimū tamē iuicē differt: nec solū spē: ut signū signo: & tabula tabulæ: & actōi actio: sed genere ipso: ut a græcis tuscanicæ statuæ: & asiāus eloq̄ns attico. Suos āt hæc operꝝ genera: q̄ dico: ut auctores: sic ēt amatores habēt: atq; iō nōdū est ꝓfectus orator: a nescio an ars ulla nō solū qa aliud ī alia magis emiet: sed q̄ nō una oībus forma placuit: parti cōditōe uel tēporꝝ uel locorꝝ: parti iudicio cuiusq; atq; ꝓpositō: primi quoꝝ qdē opa: nō uetustatis mō gra ui

Hunc qui uariū fere propositum fuit agentium: & quorundam cura tarditatis Quorundā facilitas temeritatis crimine laborauit: quē credam fore in hoc oratoris modum: tradere non alienū uidetur. Nisi aliter legatur assignatur locus nullus sensus elici poterit: nec ordo etiam procedet: nam pronomen illud hunc nullum uerbum habet: unde regi possit. nec quid referat relatiuum qui: aut unde regatur īueniri potest: quare aliter legendum esse nemo non uidet: Ita fiet aptus: si nūc ut sit aduerbiū tpis nō hunc legerimus: & q addita a littera scribetur: hoc modo. Nunc quia uarium fere propositum agentiū fuit: & quorundam cura tarditatis: Quorundam facilitas temeritatis crimine laborauit: quem credam fore in hoc oratoris modum: tradere non alienum uidetur.

Sed siue respondendis fuerit subito dicendum: siue q̄ alia ita exegerit ratio: nunq̄ pressum se hac deprehēsum credet orator: quū disciplina & studiū & exercitatio dederit uires ēt facilitatis. Deprauatū ēt hūc locū qdā ita emēdant. Illud. n. participale nomē respōdēdis expungūt: & respōdēdo addita ꝓpositiōe īlegunt: præterea pro ea cō iunctiōe quū: hoc pronomē cui locādū arbitrant: & hoc modo legūt. Sed siue ī respōdendo fuerit subito dicendū siue quæ alia ita exigerit rō: nunq̄ pressum ac depressum credet orator: cui disciplina & studiū & exercitatio dederit uires etiam facilitatis.

Supereſt ut dicam de genere oratoris: hic erat propositus a nobis in diuisione prima locus tertius: Totidem fere īgeniorum species esse: quot corporum formas cōspicimus. Hinc docet Fabius uarias esset in oratione species: quum ora differat non

solū spē: ut actiōi actio. sed ēt genere: ut asianus attico: Suos aūt amatores hīe hæc genera: ut ēt ī pictis tabulis dicit euenire. Clari pictores dicūt fuisse polygnotus atq; aglaophō: quoꝝ simplex color tam sui studiosos adhuc habet: ut illa ꝓpe rudia ac uelut futura mox artis primordia: maximis: q post eos extiterūt: auctoribus præferantur: ꝓprio quodam intelligendi mō: ut mea opinio fert: ābitu. post Zeusis atq; Parrhasius: nō multū æta te distantes (Circa peloponnesia ambo tēpora. Nā cum Parrhasio sermo Socratis apud Xenophontē iuenitur) plurimū arti addiderunt. Q uoꝝ prior luminum: umbrarūq; inuenisse rationē: secundus examinasse subtilius lineas tradit. Nā Zeusis plus mēbris corporis dedit: id amplius atq; angustius ratus: atq; ut existimant Homerū secutus: cui ualidissima quæq; forma etiā ī fœminis placet. Ille uero ita circunscripsit oīa ut eū legū latorē uocent: quia deoꝝ atq; heroū effigies: quales ab eo traditæ cæteri tāq; ita necesse sit sequunt. Floruit aūt Circa Philippū & usq; ad successores Alexādri pictura præcipue: sed ex diuersis uirtutibus: nam cum Protogenes rōne: Pāphilus ac Melanthius facilitate. Antiphilus cōcipiendis uisionibus: quas φαντασιας uocāt Theon samius ingenio & gratia: quā ipse ī se maxime iactat. Apelles ē præstātissimus. Euphranorē admirādū facit: q; & cæteris optimis studiis inter præcipuos. & pingendi fingēdiq; idem mirus artifex fuit. Similis ī statuis differētia. nā & duriora & tuscanicis proxima Calō atq; Egesias: Iam minus frigida calamis: molliora adhuc supra dictis Myrō fecit. Diligentia ac decor ī Polycleto supra cæteros: cui q̄q̄ a pleriſq; tribuatur palma: tamen ne nihil detrahatur deesse pondus putant. Nam ut humanæ formæ decorem addiderit supra uerum: ita non expleuisse deoꝝ auctoritatem uidet: quin ætatē quoq; grauiorem dicit refugisse nihil ausus ultra læues genas: atq; Polycleto defuerunt. Phidiæ atq; Alcamēi dant: Phidias tamē diis q̄ hoibus efficiēdis melior artifex tradit. in ebore uero lōge citra emulū uel si nihil nisi Mineruā athēis: aut Olympiū ī elide Iouē fecisset: cuius pulchritudo adiecisse aliqd ēt receptæ religioni uidet: adeo maiestas opis deū æq̄uit. Ad ueritatē Lysipū & praxitelē accessisse optime affirmāt. Nā Demetrius tāq; nimius ī ea repræhēdit: & fuit similitudis q̄ pulchritudis amātior. In oīone uero si spēs ītueri uelis: totidē pene repies ingenioꝝ: quot corpoꝝ formas: sed fuerunt q̄dā genera dicēdi cōditōe tēpoꝝ horridiora: alioqn magnā iā uim ingenii præseferētia. Hic sūt Lelii: Africani: Catones: Gracchiq;: quos tu licet Polignotos uel calones appelles: Mediā illā formā teneāt. L. Crassus. Q u. Hortēsius: tū deide efflorescat nō multū iter se distātiū tēpore orator ingens, puētus. hic ui Cæsaris: idolē Cælii: subtilitatē Calidii: grauitatē Bruti: acumē Sulpitii: acerbitatē Cassii: diligētiā Pollionis: dignitatē Messalæ: sanctitatē calui reperimus. In his etiam quos ipsi uidimus copiā Senecæ: uires Africāi: maturitatē Afri: iucūditatē Chrispi: sonū Trachali: elegātiā Secūdi. At. M. Tullīū nō illū hēmus Euphranorē circa plurium artiū spēs præstantē: sed ī oībus q̄ ī quoq; laudant eminētissimū. Q uē tamē & suoꝝ hoies

solū spē: ut actiōi actio. sed ēt genere: ut asianus attico: Suos aūt amatores hīe hæc genera: ut ēt ī pictis tabulis dicit euenire. Clari pictores dicūt fuisse polygnotus atq; aglaophō: quoꝝ simplex color: tam studiosos sui adhuc habet: ut illa ꝓpe rudia ac uelut futura mox artis primordia: maximis: q post eos extiterūt: auctoribus præferant: Polygnotus thasius nōageſima olympiade floruit: hic primus mulieres lucida ueste pinxit: capita earū uittis uersicoloribus opuit: plurimūq; picturæ primus cōtulit. Huius tabula erat ī porticu pompeii: q̄ ante curiā eius fuerat. Delphis ædē pinxit. Athēis porticū q̄ poetile uocat gratuito: eadē olympiade clarus etiā fuit aglaophō: ut scribit Plī. Similis ī statutis differentia: nā & duriora & tuscanicis ꝓxima Calō atq; Egesias Lami frigida calamis molliora adhuc supra dictis Myrō fecit. Quæ nam sit ista ī statutis differētia ne quaq̄ itelligo. Sed Statius. t. erasa legēdū ē. Secūdus ē locus emēdādus uidet: nā ubi lami legit culpa librariorū: cōstituēdæ sūt hæ duæ particulæ: iā minus: & ita leget: Similis in statuis differētia: nā & duriora & tuscaniis ꝓxima calō atq; Egesias: iam minus frigida calamis: molliora adhuc supradictis Myron fecit. Videt āt hoc sumptū ex cicerone ī libro de claris oratoribus: cuius uerba hæc sūt. Quis. n. eoꝝ: q hæc miora aiaduertūt: nō itelligit Canachi signa rigidiora ee: q̄ ut imitēt ueritate? Calamidis dura illa qdem. Sed tamē molliora: q̄ ea Canachi.

Sed fuerūt q̄dā genera dicēdi sed cōditōe tēpoꝝ horridiora: alioq iā magnā uī ingenii p̄ seferētia. Totum fere hoc caput sumptū uidet ex cicerone de claris oratoribus. itaq; ille quū de genere dicēdi differit: ita scribit: Cur igitur lysias & hypides amatur: quū penitus ignoret cato. Antiqor ē huius sermo & q̄dam

